DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

— m —

ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ

ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ.

CENTVRIÆ XXI

PROVERBIORUM

Ex optimis Auctoribus Græcis collectæ

à

MICHAELE APOSTOLIO, BYZANTINO.

CVM

V. C. PETRI PANTINI, Tiletani, versione & notis ipsius ac aliorum doctorum, quibus adagia illustrantur & suis auctoribus assignantur.

Cum Indicibus locupletibus.

ITEM

PATRIARCHÆ GREGORII
Cyprii Proverbia.

LVGDVNI BATAVORVM,
Apud JOHANNEM & DANIELEM ELSEVIER.
cIↃ IↃC LIII.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/michalouapostoli00apos

A645P

Amplissimo & Clarissimo Viro,

JANO RUTGERSIO,

CONSILIARIO REGIO,

Fratri carissimo,

DANIEL HEINSIUS S. D.

ESSE ſapientiam aliquam, multo & Platone & Ariſtotele antiquiorem, ſed vulgarem magis, teſtantur tum alia, tum philoſophorum antiquorum ἀδόμενα, quæ à Laertio vocantur: teſtantur Parœmiæ quas vocant. quæ nihil ſunt aliud, quã ſapientiæ quæ libris non comprehenditur, & quaſi per manus, inſtar ſupellectilis ad vitam expeditæ traditur, reliquiæ contractiores. quas nec fœminæ ignorant neq; imperiti, & parentibus, ὡς πατροπαράδοτον σοφίαν debent liberi. Et hæc & ipſa, cum de iis agit, Ariſtotelis confeſsio eſt. Nam

& quædam ſunt de rebus naturalibus: & nonnullæ, morales: neque paucæ, hiſtoricæ. quæ cum omnes temporis antiqui obſervatione aut præceptis inſtruant, Grammaticis nihilominus, quod moroſum eſſe genus hominum ac putidum non neſcis, crucem figunt. quia quanquam uſus patet omnibus ad vitam, origo tamen & occaſio ab iis quæritur in ſingulis, ad oſtentationem. Idque ab iis qui libenter eruditionem venditant, cum de reliquis ſecuri eſſe ſoleant. Atque eo, in hoc genere potiſsimum, Græcorum profecit ambitio. Cæterum, præter antiquos illos magni nominis autores, qui in colligendis atque interpretandis veterum Parœmiis, non inanem plane poſuerunt operam, & noſtratem Deſiderium Eraſmum, fuit & Michael Apoſtolius: vir doctiſsimus, & inter Græcos

illos,

illos, qui post funditus eversas res & literas Græcorum, Romam denuo Athenas invexerunt. Scripti hujus utilissimi, vitiosum plane ac contractum ante annos plurimos compendium habemus. Ipsum autem, inter reliqua κειμήλια, diu admodum Vir Reverendus, & amicus olim noster, Petrus Pantinus servavit. Quem Bruxellis olim cum viderem, ut interpretationem ei daret, ipsum autem beneficio hoc ornatum, ὅλον καὶ ὁλόκληρον in lucem ederet, serio hortatus sum. Quod ab illo cœptum est feliciter, felicissime is absolvit, cui infinita, inter alia autem, & Parœmiographos Græcorum omnes, pridem eruditi debent. Is Andreas Schottus est: Vir humanitate tanta, ut cum publica utilitate sit doctissimus, neque quicquam ulli homini invideat, quia nemine inferior

rior eſt iis quibus invidere ſolent homines. Eſt enim invidere, alium ſuperiorem ſe fateri, ideoq; male illi velle. Idem Notas maxima ex parte auxit, neque contemnenda addidit. Ipſum autem, infinitis locis vitioſum, infinitis peſsime deſcriptum, ut & verſionem nondum ab autore perpolitam, recenſeri atque emendari à nobis voluit. ea lege, ut hoc totum cum autore tibi cederet. Quid præſtiterim, nec ille neſcit, & tu, præſens, ſæpius vidiſti. omnium autem optime typographi noverunt. Vnum dicam, pæne emendandi tædium, utilitatis ſtudium viciſſe. Nam & ſinguli autores, è quibus ſua deſumpſit ille, percurrendi, omnes qui Parœmias ſcripſerunt, evolvendi, atque ex omnibus, unus qui dein, ſed attente & ex tempore, reſtituendus fuit. Nullum enim tempus niſi inter operas dabatur. Cæterum hoc

opus,

opus, ut jam dixi, tibi ut inſcriberem, idem ille ſuaſit, cujus de humanitate plurima jam dixi. Quam tu toties agnoſces, quoties in manus hunc autorem ſumes. Mea expectabis, cum ad ſapientiæ ac literarum elegantiam rediero. Nunc enim, longe alia nos tenent. Et ut verum dicam, ex quo noctes etiam partiri cœpi, multum de induſtria remiſi. Quæ ingentem dicam tibi ſcribet. Quamvis enim valde mei ſtudioſa ſit, ut noſtî; tamen, ut eſt ſexus iſte, omnium & popularium & tribulium meorum facile me pigerrimum eſſe patitur. Vale, mortalium ſuaviſsime ac amiciſsime. Inter occupationes publicas, & quidem moleſtiſsimas, quæque nihil cum his ſtudiis commune habent.

CANDIDO LECTORI
PETR. PANTINUS TILETANUS.

VT THEMISTOCLEM *Miltiadis trophæis excitatum somnum vix capere potuisse Tullius atque Plutarchus referunt; ita me aliorum in argumento, quod pro virili illustrarem, deligendo exemplum esse libenter secutum nisi profitear, ingratus haberi; si vero inficiar, mendacii argui merito queam.* SCHOTTUM *nostrum (cujus me lateri hæsisse peregrinationisque ac studiorum fuisse socium, non injuria mihi gaudeo,)* PROVERBIA *è Græcorum fontibus, editis nuper Zenobio, Diogeniano, itemque Suidæ atque Hesychii collectaneis Græcè, Plantinianis ornasse typis cum animadvertissem; essetque penes me* Michael Apostolius *Byzantius, qui post Græcos illos in* Joniâ, *hoc est* Violario *suo, (ut opus suum inscribendum duxit) non* Sententias *modo &* Apophthegmata *antiquorum Græcè, sed &* PAROEMIAS *collegisset, optimum factum existimavi si & illum à me descriptum & Latina donatum civitate,* SCHOTTI *exemplo, foras darem, ac publici juris facerem: quod esset multo locupletior duploque amplior, quam olim Basileæ quasi* ἐν ἐπιτομῇ *evulgasset Hervagius: Codice, ut conjicio, auctoris manu, vel certè eo inspectante Græcè eleganter conscripto: cum frustra etiam exspectaremus hactenus majorem* Adagiorum Apostolii *editionem à Rob. Constantino Lexicographo in Tigurina bibliotheca pridem promissam. Non contentus itaque Græce velut ex pelago hausisse, Latinè etiam reddere placuit, quo ad plures, Græcè etiam imperitos, manaret utilitas:* NOTAS *etiam in rem præsentem adjiciendas curavimus, partim ut interpretationis nostræ rationem in dignis vindice nodis exponerem; partim vt usum* Proverbii *cujusque, auctoresque qui usurparint, digito veluti demonstrarem: originem denique cujusque à capite arcesserem: adjutus non parum, fatebor enim,* SCHOTTI *ejusdem recens tunc editis ad Parœmiographos illos veteres Græcos Notis, doctis Iupiter & laboriosis. Adhibui, ut debui, suis etiam locis, quas Græce longe doctiss. David Hæschelius*

Hæschelius Augusta Vindelicorum ad nos, dum viueret, miserat Obseruationes in Græcas παροιμίας: *ratus, quod res est, ingenui esse hominis, per quem profeceris, libenter agnoscere, neque alienum quid arrogare velle. Quid præstiterim, aut certè voluerim, æquus rerum arbiter existimabit, &, quo hæc sæculi abundat felicitas, numerosus eruditorum grex judicabit.* Equidem Apostolium, *etsi antiquum non esse scirem, insuper habendum non judicaui, quòd è Parœmiographis antiquis, Suida potissimùm, pleraque hauserit. Qua vero ætate vixerit maiorum memoria sic habeto:* Bessarionis *enim Card. Nicæni, & Constantinopolitani Patriarchæ æqualem atque asseclam Romæ constat fuisse, in globo doctorum Græcorum, qui capta, prô dolor à Turcis Constantinopoli, in Italiam, vt in asylum, portum, atque perfugium se recipientes, Græcas inuexerunt litteras, & per Europam inde disseminarunt: nimirum*

Græcia capta ferum victorem vicit, & artes
Intulit agresti Latio ----

Secuti Bessarionem sunt tanquam coryphæum æui sui doctorum, præstantem in Latina & Græca linguis, tum in Philosophia, præsertim Platonica, ac Theologiæ scientia: (vt Florentino in Concilio generali sub Eugenio quarto Pont. Max. orationibus habitis, quæ leguntur, ostendit:) Secuti inquam eum Emanuel Chrysoloras, Demetrius Chalcondyles, Constantinus Lascares, Grammatici: Philosophi vero Gemistus Pletho, in Platonicis Bessarionis præceptor: Aristotelei vero Theod. Gaza, Joan. Argyropylus; & Georgius Trapezuntius Rhetor. breui omnes Latine scribendo sic exercitati, vt & Gaza Romani sermonis pomeria in Animalium Aristotelis historia sic protulerit, vt quem illi comparem vix habeam, præferam vero neminem. Horum æqualis & contubernalis Michael Apostolius *fuit, cujus & alia Philosophica habemus opuscula, & Orationes sunt, panegyricæ vna in Germanicis historijs nuper edita; altera vero apud me* ἀνέκδοτος funebris laudatio Bessarionis, *vt & Panegyricus extat Platinæ, Vterque Trapezunto oriundum & Plethonis auditorem Præsulem illum faciunt, ac Platonis potissimum sectatorem:*

 vt Gaza

vt Gaza & Argyropylus, ac Trapezuntius Peripateticæ sectæ fuere studiosi. Quare sub Nicolao Quincto Romam Bessarion hâc cinctus Græcorum doctorum corona venit, & ab Eugenio quarto Cardinalis creatus, obitis pro Ecclesia aliquot legationibus, studio librisque editis clarus, vita tandem decessit Sixto quarto sedente, anno, opinor, MCCCCLXXII. *Capta jam Constantinopoli anno* MCCCCLII. *in ipsis Pentecostes ferijs: conditusque jacet, elogio ornatus Græco, Romæ in æde sacra* XII *Apostolorum. Huic vero* Michaeli Apostolio, *vt etiamnum recenti, non satis æquus exstitit Erasmus: forte quod liuor nondum decessisset, aut ob similis argumenti æmulationem,* ὡς κεραμεὺς κεραμεῖ κοτεῖ, *qui copiâ, dum Chiliades adornat, vincere facile posset, meliusque Græcos Paræmiographos Græcè prius edidisset.* Michaël *Angeli Politiani æqualis etiam fuit, à quo etiam nominari alibi, nisi is* Michael Verinus *sit, creditur: Vt Desiderius in Adagio meminit:* Morsus aspidis. *Rursus in Prouerbio:* Pardi mortem adsimulat. *Item:* Lutum nisi tundatur, non fit vrceus: *è vulgi fæce haustum ait, ab homine ingenio non perinde eleganti atque palato, vt à domestica illi familiaritate noto accepisset. Verum enimvero integrum hunc* Apostolium *ab Erasmo visum, sed Epitomen duntaxat Heruagianam, vt credam nondum à me impetrare potui. Dedicat vero Apostolius hæc Adagiorum selecta, etiam in Basiliensi editione Heruagiana anni eius sæculi* XXXVIII. *nimis compendiosa, Gaspari Osmensi Episcopo, Romæ tum forte degenti: cuius vel in contubernio* Michael *hæserit, aut beneficus hic erga Græcos exsules exstiterit. Osma autem, ne erres, hodie in Hispania vrbs est, olim* Vxama *dicta, Castellæ veteris Episcopatus.* Vxama *autem Plinio, Ptolemæo vero* οὔξαμα ἀργέλλαι *Areuacorum est opidum in Hispania Tarraconensi: nisi, forte in Ptol. legendum* ἀρευακαι, *pro* ἀργέλλαι. *Addit Plinius nomen hoc crebro alijs in locis vsurpari. Nam &* Vxamabarca, *Autrigonum est vrbs in ea ipsa Hispania. Dicta &* AVXIMA, *Floro lib.* III. *Historiæ Rom. cap.* I. *quæ* Vxama *est Paulo Orosio, &* Auxuma *Iulio Exuperatio. In antiquis marmorum Inscriptionibus interdum &* VXSAMA

scalptum

ſcalptum videri monuit Abr. Ortelius in Theſauro Geographico. In Inſcriptionum Gruterianarum pag. 693. hæc Compluti à nobis viſa leguntur, & ab Ambroſio Morali ſunt allata:

LICINIVS IVLIANVS
VXAMENSIS
ANN. XX. H. S. EST
IVLIA MATER F. C.
S. T. T. L.

Olim etiam Epiſcopum habuit Didacum Azebedium, qui vna cum S. Dominico contra Albigenſes diſputauit, obijtque an. 1207. Et Petrum, Oſmenſem cognomento à ſua ſede: cum Victoria in Cantabria eſſet oriundus. Quæ & noſtra memoria Epiſcopum habuerit egregiè doctum virum Honoratum Ioannium, Valentinum, à Ludouico Viue celebratum, præceptorem à ſtudijs Caroli Principis Hiſp. Philippi II. è Læſita conjuge filij. Suidæ ſanè emendando Adagijsque illuſtrandis incredibiliter hic labor, vt ſpero & opto, prodeſſe poterit: quem Lectori laborem Lub. mer. *deſero dedicoque: Vos æqui bonique vt conſuletis, majorem in modum rogo, obteſtorque.*

ΠΑΡΟΙΜΙΑΣ

ADAGIA, PROVERBIA

collegere, & exſtant,

Græci Græce:

ZENOBIVS, *ſeu* ZENODOTVS.
DIOGENIANVS.
SVIDAS *&* HESYCHIVS *in Lexicis Græc.*
EVSTATHIVS *in Homerum.*
IOAN. TZETZES *in Chiliadib.*
MICHAEL APOSTOLIVS BYZANTIVS, *nunc quaſi primum editus.*

PAROEMIAS

Qui collegerunt, & interciderunt.

1 ARISTOTELES, *teſte Laertio in eius vita.*
2 THEOPHRASTVS. *citat Apoſtolius in Adagio:* Ἀρχὴ ἄνδρα δεικνύει.
3 THEÆTETVS *apud Suidam in Prou.* οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.
4 CLEARCHVS, *apud Zenobium in* Οὗτος ἄλλος Ἡρακλῆς.
5 ÆSCHYLVS: *apud Zenob. in* Σαρδώνιος γέλως.
6 CLEANDRI *Liber II.* Παροιμιῶν *citatur ab Apoſtolio in Adag.* οὐδὲν ἱερόν.
7 ARISTIDEM *citat Athenæus agens de Adagio* Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα.
8 DEMON *citatus ab Apoſtolio in* Μυσῶν λεία, *& ab Harpocratione in Rhetorum Lexico.*
9 LVCIVS THARRÆVS *ab Apoſtolio nominatur* ἐν τοῖς προλεγομένοις.
10 DIOGENIANVS *quoque ab eodem in* Πολλὰ μεταξὺ κύλικος, *ſed quæ hodie non compareat: vt plura etiam appareat ſcripſiſſe, vt & ipſum conſtat Apoſtolium, his iam editis longè quam edita Baſileæ ſunt, locupletioribus.*

LATINI Recentiores.

DESIDERIVS ERASMVS ROTERODAMVS *Chiliades* IV. *& Cent.* II.

HADRIA-

HADRIANVS IVNIVS HORNANVS, *Centurias propè* IX.
POLYDORVS VIRGILIVS VRBINAS, *sacra & externa.*
Vt Hebræa IO. DRVSIVS.
Ex Vet. Testam. MART. DELRIO *Soc. Iesu.*
IOAN. ALEX. BRASSICANVS.
GILBERTVS COGNATVS NOZERENVS.
PETRVS GOTHEFREDVS CARASONENSIS, *Paris.* 1555.
IOACHIMVS ZEHNERVS *Adagia sacra, Lips.*

EPITOMEN ADAGIOR. EX ERASMO concinnarunt.

HADR. BARLANDVS ZELANDVS: *qui &* Virgiliana Prouerbia *collecta explanauit.*
IOAN. SARTORIVS BATAVVS.
IO. SERVILIVS GVERTEIVS.
VICTOR GISELINVS, *typis Plantin.*
TACITVS ZEGERVS, *Flandrica Adagia.*
Germanicè, EBERHARDVS TAPPIVS, *Lunensis, an.* 1545.
IOSEPHVS LANGIVS CÆSARIMONTANVS, *per locos communes, an.* 1596.
HIERONYMVS MEGISERVS *varijs linguis, Lipsiæ, an.*1605.
Hispanicè FERDINANDVS PINTIANVS, *Salmanticæ, &* CÆSAR OVDINVS, *Bruxellis, an.* 1608.
PETRVS MALLARA *cum Comm. Hispali, in fol.*
IOAN. GRVTERVS BELGA, *cum Gnomologia Græcolatina Tom.* III. *his lingvis Europæis: Italicè, Hispanicè, Germanicè, Belgicè & Anglicè, an.*1611.

ELENCHVS AVCTORVM,

Qui in hoc Prouerbium opere ab Apoſtolio citantur.

Prior numerus Centuriam, poſterior Prouerbium indicat.

ÆLianus 12,14. 19,61
Æſchines 11,24. 16,63. 17,34. 18,48
Æſchylus 6,30. 8,30. 11,3. 20,65
Æſopus 9,16. 12,41
Agatho 6,37
Alcæus 1,51. 15,83
Alcmæon 8,56
Alcman Lyricus 2,54. 14,87
Alexis 17,44
Ammonius 19,82
Anacreon 18,14
Anaximenes 3,4. 4,30
Andocydes Pythagoreus 17,33
Andron 17,25
Antagoras 5,82
Antimachus 1,40. 21,4
Antiphanes 4,14. 8,37. 19,44
Apollodorus 11,76. 18,23
Archidamus 7,64
Archilochus 11,44
Ariſtarchus 16,60. 18,22
Ariſtides 9,16. 13,12
Ariſtius 4,7
Ariſtophanes 1,15. 1,61. 2,23. 2,31. 3,73. 3,82. 4,1. 4,69. 6,47. 7,22. 8,85. 9,6. 9,9. 12,35. 14,40. 14,50. 15,59. 15,60. 15,74. 15,93. 17,28. 17,35. 20,39
Ariſtoteles 2,51. 3,39. 5,13. 5,65. 7,44. 7,72. 9,16. 9,33. 9,41. 10,64. 12,68. 13,58. 14,70. 15,93. 17,25. 18,89.
Aſclepiades 6,46. 11,98

B.

Bacchylides 3,82

C.

CAllimachus 1,55. 20,14
Callipides 15,39
Calliſthenes 1,79. 17,26
Camon 20,29
Cantharus 4,22
Cato 10,100
Caucaſus 11,96
Chamæleon 4,7. 15,13
Charmidas 15,36
Chilon 6,78. 19,48
Chreſtodemus 18,42
Chryſippus 13,68
Cicero 16,69
Cleander 15,8
Clearchus 6,36
Clitarchus 20,22
Clitodemus 8,42
Crates 20,6. 20,1. 21,24
Cratinus 2,48. 7,20. 8,80. 9,58. 10,77. 12,70. 15,69
Craton 11,2
Cteſias 20,6

D.

DEmades 19,46
Demagoras 2,51
Demetrius Scepſius 1,4

Demo-

Democrates 2,92. 8,29
Democritus 5,59. 7,14. 12,63. 12,64. 12,89. 15,77. 19,10. 20,5. 20,49
Demon 7,44. 13,36. 17,28. 20,27
Demosthenes 2,82. 15,28. 19,49. 20,4
Didymus 18,40. 19,41
Dinolochus 20,5
Diogenes 9,59
Diogenianus 2,39. 9,39. 16,28
Dion 9,42. 15,3. 19,24
Dionysius 18,25
Diotimus 9,33
Diphylus 10,96. 13,68
Dissocritus 6,19
Dorotheus 20,13
Duris 9,33. 11,75. 17,30

E.

EMpedocles 14,85
Ephorus 3,74. 4,30. 6,74. 7,37. 8,85. 15,98
Epicharmus 1,19. 1,44
Epictetus 4,63
Epicurus 16,95
Epigenes 15,8
Eubulus 10,29. 20,91
Eudemus 5,96. 9,27. 9,33. 12,9. 20,39
Euphorion 11,12
Euphronius 15,60
Euripides 2,20. 3,15. 3,42. 4,7. 6,37. 10,6. 10,12. 10,94. 13,56. 14,1. 14,7. 16,29. 16,70. 17,49. 19,75. 19,82. 19,98. 20,26. 20,92
Euticles 5,76

H.

HArpocration 2,31
Hegesiander 2,51
Heraclides Ponticus 12,35
Hermogenes 8,36
Hermophroditus 19,80
Herodianus 12,50
Herodotus 6,22. 9,28. 15,59. 20,25
Hesiodus 6,28. 9,6. 12,88. 20,13. 20,80. 20,82
Hierocles 8,20. 11,90
Hieronymus 11,41
Hippocomes 16,41
Hippocrates 9,2
Homerus 2,6. 2,12. 3,82. 8,91. 11,31. 12,21. 14,95. 20,21. 20,63
Hyperides 9,6. 16,2. 18,11
Hypsæus 10,18

I.

IAmblichus 9,72
Isæus 1,47. 5,20. 8,20
Isocrates 19,41
Istrus 16,1. 18,23. 18,77

L.

LAcon 13,72. 17,91
Leonides Bizantius 19,61
Leucippus 15,54
Libanius 17,3
Lucianus 3,22. 3,93. 10,38
Lycophron 17,34. 18,40
Lysias 2,89. 4,30. 5,85. 8,21
Lysimachus 17,25

M.

MAximus Tyrius 13,19
Menander 1,92. 2,4. 2,42. 2,59. 4,16. 4,21. 4,22. 7,60. 11,75. 12,7. 13,77. 19,83. 20,43. 21,16
Metrodorus 13,58
Moschion 10,11

N.

NEoclides 13,58. 13,58
Nicander 9,33

Olympio-

O.

Olympiodorus 19, 82

P.

PAlæphatus 2, 86
Phanodemus 8, 42
Pherecrates 3, 26
Philemon 1,56. 1,75. 10,77. 13,78. 79. 16, 50. 17, 29.
Philiſtus 1, 51
Philochorus 2, 51. 17, 32. 18, 34. 18, 77. 19, 51.
Philoxenus 7, 70
Phocyllides 5, 55
Pindarus 3, 30. 14, 88
Pittacus 3, 92
Plato 1, 92. 2, 32. 3, 19. 4, 1. 4, 25. 4, 73. 6, 33. 7, 48. 8, 20. 9, 78. 10, 60. 12, 31. 13, 54. 14, 84. 17, 3. 17, 83. 18, 40. 19, 55. 19, 69. 19, 85. 20, 91.
Plutarchus 5, 30. 6, 29. 9, 38. 18, 39
Polemon 18, 25
Procopius 12, 83
Proxenus 11, 76
Pythagoras 9, 99. 10, 61

S.

SImonides 2, 51. 15, 68. 15, 97
Socrates 19, 4. 20, 61
Solon 4, 53. 12, 41. 17, 64. 17, 82. 20, 47
Sophocles 1, 89. 2, 28. 6, 37. 6, 63. 7, 48. 7, 83. 9, 45. 10, 23. 10, 97. 12, 42. 13, 13. 13, 31. 13, 46. 14, 10
Soſicrates 7, 37
Soſtratus 11, 83
Sotades 7, 55
Staſimus 10, 50
Stratis 14, 89
Syneſius 20, 44

T.

TAurus 2, 98
Theocritus 9, 57. 10, 15. 18, 71. 20, 8
Theophraſtus 4, 51. 6, 36. 13, 58
Theopompus 3, 4. 6, 74. 7, 37. 17, 25
Theſpides 1, 53
Thucydides 3, 29. 4, 28. 8, 20. 11, 80. 17, 24

X.

XEnagoras 11, 24
Xenocrates 18, 88
Xenophon 13, 44

ΜΙΧΑΗΛ
ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΣ
ΒΥΖΑΝΤΙΟΣ

Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Ὄσμου,
ΚΥΡΙΩι ΓΑΣΠΑΡΙ.

MICHAEL
APOSTOLIVS
BYZANTIVS

Rmo D. Gaſparo Oſmi Epiſcopo, S.

Ἃ μὲν ὑπέστην ἐν Ῥώμῃ σοι, τὴν τῶν Παροιμιῶν συναγωγὴν καὶ συνθήκην, σὺν αὐτῷ γε τοῦ καὶ ὅθεν αἱ πλείους ἐσχήκασι τὰς ἀρχὰς, ταῦτα μὲν ἐν Κρήτῃ διανυσθέντα, ἰδού σοι πέμπεται, ἀνὲρ αἰδεσιμώτατε καὶ σοφώτατε. εἰ δὲ βραδύτερον ἢ ἐβούλου, οὐχ ἡμῶν γε τουτὶ, ἀλλὰ τῆς τύχης δή που καὶ τοῦ καιροῦ· ὅτῳ γε δὴ καὶ ἡμῶν ἀκόντων ἅπαντα συμπεραίνεσθαι δοκεῖ. ἄλλως τι κρεῖττον ἂν εἴη, βραδύναντας τὸ βουλόμενον κατορθῶσαι ἄξιόν τινος λόγου, ἢ ταχύναντας οὐδενός. τὸ μὲν γὰρ οὐ τίμιον· τὸ δὲ οὐκ ἄτιμον. ἔχεις τοίνυν λαβὼν τὰ ὑπεσχημένα σοι. κἀμοὶ πέρας εἴληφε λαβεῖν τὸ ἐπίταγμα. εἰ μὲν δὴ κατ' ἀρέσκειαν καὶ βούλησιν ὑμετέραν, θεῷ καί σοι χάρις· εἰ δ' οὔ· κοινωνεῖν σε δίκαιόν μοι τοῦ πάθους· κοινὰ γὰρ εἶναι τὰ τῶν φίλων τοῖς σοφοῖς πεπαροιμίασται.

QVÆ tibi Romæ, de Parœmiarum collectione à me concinnanda, & vnde pleræque originem accepiſſent explicando, promiſeram; ea in Creta deniq; abſoluta, vir Reverendiſſime ac ſapientiſſime, en tibi mittuntur. Quod ſi tardius quam voluiſſes; nequaquam id nobis, ſed fortunæ potiùs, atque adeo ipſi tempori eſt imputandum: quo etiam inuitis nobis omnia terminari videntur. Et ſatius alioqui fuerit, id quod animo intendimus, vel cum cunctatione aliqua, exactè perficere; quàm feſtinantes, minimè ex rei dignitate. Hoc quippe nequaquam laudabile: illud verò haud extra laudem. Habes igitur tu quidem promiſſi mei fidem; ego verò iuſſionis tuæ ſummam confectam: ſi ex animi tui ſententia ac voluntate, Deo tibique gratiam debeo. Sin minus, æquum eſt te quoque partem aliquam imbecillitatis meæ in te ſuſcipere. Amicorum enim inter ſe rationes eſſe communes ſapientibus prouerbij vice eſt celebratum. Nequis autem familiarium nos fortè re-

tè reprehendat, quod quum Parœmijs colligendis operam impendamus, Parœmiam ipsam non definierimus (in quo & sapiens Cicero Panætium, Græcum Romanus, culpæ coarguit, quod quum de officio scripsisset, quidnam illud reipsâ esset, nusquam illo in opere prodidisset) ipsa nobis Parœmia est describenda: vt quidnam illa sit, statim initio habeamus. Est ergo Parœmia, *Sermo, rem manifestam obscuritate tegens: aut, per res sensiles eas quæ intelligi tantum possunt, significans: aut, absconditam alioquin veritatem manifestans.* Aut rursum hoc modo: *Parœmia est narratio celebris, seu verbum vsu multorum tritum, quodque à paruis paucisque quibusdam, ad plura ac maiora eisdem similia transferri potest.* Aut: *Sermo moribus ac vitæ humanæ accommodatus iuxta hominum consuetudinem.* Ac denique hoc pacto: *Parœmia est Sermo vtilis, seu vitæ conducibilis, sub mediocri integumento multum fructus in se continens*: Vel: *Sermo ad exhortationem seu suasionem aptus, cuius per vniuersum vitæ curriculum vtilitas dimanat.* Differt autem ab *AEno*, quod *AEnus*, *sit sermo fabulosus ab animalibus rationis expertibus, vel plantis, ad hominum institutionem prolatus.* Aut: *Sermo quo quid optamus, vel ad rem quampiam adhortamur, ex popularibus præceptis siue officijs, memoriæ proditus.* Aut, *Parœmia narratione fusiùs explicata, sensum absoluens.* Vel: *Sermo iuxta tritum fabularum vsum ab animalibus brutis seu plantis, ad homines pronunciatus*: vt ait Lucius Tarrhæus libro primo de Parœmijs. Et quidem ab animalibus ratione carentibus, vt apud Archilochum: *AEnus quidam hominum hic est; quomodo vulpes & aquila lucri societatem inierunt*, quæque sequuntur. Et rursum: *referam vobis AEnum ô Cerydice mœrenti Scytale.* Deinde infert:

Cœtu ferarum segregatus simius,
Deuia solus adit:
Astuta vulpes cui fit obuiam, catis
Ingeniosa dolis.

Ἵνα δὲ μή τις τῶν ἑταίρων ἡμῶν ἐπιλάβοιτο, ὡς μὲν συναγωγὴν Παροιμιῶν ποιουμένων, τὴν Παροιμίαν δὲ μὴ ὁριζομένων. ᾗ δὴ καὶ ὁ σοφὸς Κικέρων ἐπελάβετο Παναιτίου, Ῥωμαῖος Ἕλληνος, συγγεγραφότος μὲν περὶ τοῦ καθήκοντος, τί δὲ ὄν ἐστιν οὐδαμοῦ εἰπόντος αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος· ὁριστέον ἂν εἴη Παροιμίαν, ὡς λαβόντες ἄνωθεν ἔχωμεν. Παροιμία τοίνυν ἐστὶ λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ· ἢ δι' αἰσθητῶν πραγμάτων σημαίνων πράγματα νοητά. ἢ, ἐπικεκρυμμένην τὴν ἀλήθειαν ἐπεμφαίνων. Καὶ ἔτι, τόνδε τὸν τρόπον· Παροιμία ἐστὶ διήγημα παροδικὸν, ἢ ῥῆμα τετριμμένον ἐν τῇ χρήσει τῶν γε πολλῶν· ἀπό τε μικρῶν τινῶν καὶ ὀλίγων, ἐφ' ὅμοια πλείω καὶ μείζω μεταληφθῆναι δυνάμενον· ἢ, λόγος ἐπιτετηδευμένος τοῖς ἤθεσι καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, κατὰ τὸ ἔθος τῶν ζώντων. καὶ ἔτι γε οὑτωσί· Παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος, ἤτοι βιωφελὴς, ἐπικρύψει μετρίᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχων ἐν ἑαυτῷ· ἢ, λόγος προτρεπτικὸς, παρὰ πᾶσαν τοῦ βίου τὴν ὁδὸν χρησιμεύων. Διαφέρει δὲ τοῦ Αἴνου· ὅτι ὁ μὲν Αἶνός ἐστι, λόγος μυθικὸς, ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων, ἢ φυτῶν, πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν. ἢ, λόγος εὐκτικὸς, ἤτοι παρακλητικὸς, ἐκ δημιουργημάτων καὶ κατορθωμάτων μνημονευόμενος. Ἢ, Παροιμία ἐξηπλωμένη μετὰ διηγήσεως, ἀπαρτίζουσα τὸ νοούμενον. ἢ, λόγος κατὰ ἀνάπλησιν μυθικὴν, ἀπὸ ἀλόγων ζώων καὶ φυτῶν, πρὸς ἀνθρώπους εἰρημένος· ὥς φησι Λούκιος Ταῤῥαῖος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Παροιμιῶν. Οἷον ἀπὸ μὲν ἀλόγων ζώων, ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ. Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε· Ὡς ἄρ', ἀλώπηξ καἀετὸς ξυνωνίην Ἔθεντο. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ πάλιν· Ἐρέω τιν' ὑμῖν Αἶνον ὦ Κηρυδίκη Ἀχνυμένη Σκυτάλη· εἶτ' ἐπιφέρει· Πίθηκος ᾔει θηρίων ἀποκριθεὶς Μοῦνος ἀν' ἐσχατιήν· Τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο Πυκνὸν ἔχουσα νόον.

Καὶ

Καὶ Ἡσίοδος·

Νῦν δ' αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω, νοέουσι καὶ αὐτοῖς·
Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον.

ἀπὸ φυτῶν· ὡς ἔχει τὸ τοῦ Καλλιμάχου·
Ἄκουε δὴ τὸν αἶνον, ἐν κοτε Τμώλῳ Δάφνην ἐλαίᾳ νεῖκος οἱ πάλαι Λυδοὶ λέγουσι θέσθαι. Ἡ δὲ Παροιμία τὴν ἀπὸ * κεφαλαίου ἐπὶ τὸ χεῖρον διαφορὰν ἔχει, ἐνδέουσαν τοῦ αἴνου, καὶ τὴν ἔξωθεν ἐνδεχομένη μετάβασιν· οἷον· μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην· καὶ ὁ κισσὸς μετ' ἀνθεστήρια. Ἐτυμολογεῖται δὲ ὁ μὲν αἶνος, παρὰ τὸ ἰαίνω τὸ τέρπω καὶ διαχέω. ἰαίνεται γὰρ καὶ διαχέεται ἡ ψυχὴ τῇ διηγήσει τῶν τοιῶνδε λόγων· ἴαινος, καὶ ἀφαιρέσει, αἶνος· ὁ τὴν διάνοιαν ἰαίνων καὶ περιτέρπων. Ὅμηρος· ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω. Ἡ δὲ Παροιμία ἐκ τῆς παρὰ προθέσεως καὶ τοῦ οἶμος, ἡ ὁδὸς Παραοιμία καὶ Παροιμία· ἤτοι τὸ παροδικὸν τρίμματι καὶ διήγημα. ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ ἔτι τῶν τρίβων ἀσήμων οὐσῶν, διὰ τὸ τοὺς ὁδεύοντας μὴ ἀποκάμνειν τῷ μὴ γινώσκειν πόσον τῆς ὁδοῦ διήνυσαν καὶ τί λείπει), τὰ νῦν προσαγορευόμενα μίλια πρὸς Ῥωμαίων, ἤτοι σημεῖα καλούμενα, οἱ παλαιοὶ κατά τινας τῆς ὁδοῦ τόπους ἐτίθεσαν· καὶ τούτοις ἐπέγραφον τινὰ ζητήματα. τοῦτο δὲ ἐποίουν, δυοῖν ἕνεκεν, τοῦ τε γνωρίζειν τὸν ὁδεύοντα τῆς ὁδοῦ τὸ ποσὸν, καὶ τοῦ αὖ γινώσκοντα τὸ ἐπίγραμμα, καὶ περὶ τὴν τούτου σαφήνειαν καταγινόμενον, τοῦ καμάτου ἐπικουφίζεσθαι. περιέχει δὲ παίδευσιν ἠθῶν, καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν, καὶ τῶν πρακτέων πυκνὰς ὑποθήκας. Περὶ μὲν οὖν ἐτυμολογίας καὶ διαφορᾶς αἴνου καὶ Παροιμίας, ἔτι τε περὶ τῶν ὅρων τῶνδε αὐτῶν ἔχοντές τι φάναι καὶ ἄλλα, ἱκανά γε ὅμως εἰρημένα τοσάδε.

Et Hesiodus:

Hunc quamuis gnaris referam nunc Regibus AEnum,
Quem retulit variæ accipiter quondam Philomelæ.

A plantis verò, vt est illud Callimachi:

AEnum aure conde. Laurus in Tmolo, vt ferunt
Lydi vetusti, tempore quodam sibi
Oleam duello prouocauit---

Paræmia autem id discrimen cum *AEno* habet, quod capiti ad manus est; breuior *AEno*, quæque externam digressionem admittat. Quale illud: *expecta bos aliquando herbam.* Et illud: *hedera post anthesteria*. Ratio autem nominis *AEno* παρὰ τὸ ἰαίνω, quod est oblecto siue diffundo (oblectatur enim ac diffunditur animus huiusmodi narratione sermonum) quasi dicas, ἴαινος & ablatione ι, αἶνος. quod mentem oblectet, lætitiaque perfundat. Hinc Homerus: ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω:

Illius tacitum tentabant gaudia pectus.

Paræmia verò originem habet à præpositione παρὰ & οἶμος quod est ὁδὸς siue via. Est enim parœmia, quasi παραοιμία, nempe, obuia vsuque trita narratio. Initio enim quum semitæ adhuc essent incognitæ; ne viatores, quod ignorarent quantum itineris confecissent, quantumque superesset, lassarentur: quæ nunc apud Romanos miliaria appellantur, tum signa vocitata veteres quæstionibus quibusdam inscripta, certis spatijs disponebant. Quod duplicem nimirum ob causam ab illis factitatum: tum vt qui iter faciebat, quantum id esset intelligeret: tum, vt quod inscriptum erat legens, & sensu eius indagando occupatus, itineris labore alleuaretur. Continebat porro illa inscriptio morum institutionē, affectuum correctionem, seu denique rerum agendarum crebra documenta. Et quidem de originatione & discrimine *AEni* & *Paræmiæ*, insuper de definitione vtriusque quum & alia adferre possimus, dicta tamen à nobis hactenus, sufficiant.

EX EPISTOLA ARISTOBVLI, APOSTOLII MICHAELIS FILII,

IN ΓΑΛΕΩΜΥΟΜΑΧΙΑΝ

ΑΔΗΛΟΥ.

TAnquam præconem quendam præmittere visum est Violario, post non ita diu edendo: in quo studij plurimum parens meus [Michael] contulit. Nam cum olim vitam Romæ degeret, Gaspari Reuerendissimo Episcopo Osmensi, Adagiorum collectionem compositurum se promisit. Sumpto itaque à Prouerbijs initio, Sententias quoque memorandas, Apophthegmata, & Præcepta antiquorum, sapientissimorumque virorum, vna collegit. Sunt enim inter se affinia, Prouerbia, Sententiæ, Hypotheses & Apophthegmata. Equidem librum hunc studiosis adolescentibus perutilem fore existimo: quod tu quæ multo studio variaque lectione Comparari possunt, ab eo cui librorum copia suppetit; hæc, inquam, omnia ibi coaceruata, vt in horto flores apibus, omnibus erunt sine sudore parata.

Quin Violarium prælo breui committentes mox publicabimus. Vnde non solum voluptatem, verum etiam vtilitatem maximam studiosi consequentur.

ΟἸΟΝ τινα κήρυκα προεκπέμψαι ἔδοξεν τῆς οὐ μετ' οὐ πολὺ τυπωθησομένης Ἰωνιᾶς· ἐφ' ἣν πολλὴν σπουδὴν ὁ ἐμὸς πατὴρ κατεβάλετο. Τὰς γὰρ διατριβὰς ἐν Ῥώμῃ πάλαι ποιούμενος, Γάσπαρι τῷ αἰδεσιμωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Ὄσμου, Συναγωγὴν Παροιμιῶν συνθεῖναι ὑπέσχετο. Ἀρξάμενος δὲ Παροιμιῶν, συνυπεμνήσθη καὶ Γνωμῶν, Ἀποφθεγμάτων τε καὶ Ὑποθηκῶν ἀρχαιοτάτων καὶ σοφωτάτων. Ἀδελφὰ γὰρ ἀλλήλοις εἰσὶ Παροιμίαι καὶ Γνῶμαι, καὶ Ὑποθῆκαι, καὶ Ἀποφθέγματα. Νομίζω δὲ τὸ βιβλίον τοῖς φιλομαθέσι τῶν νέων ὅτι πλείστην παρέξειν γε τὴν ὠφέλειαν. Ἃ γὰρ ἂν διὰ πολλῆς σπουδῆς τε καὶ ἀναγνώσεως ἠρανίσαντο, εἴγε τῶν βιβλίων εὐπόρησαν· ταῦτά γε πάντ' ἐκεῖσε συνηγμένα, καθάπερ ἐν Ἰωνιᾷ ταῖς μελίσσαις τὰ ἄνθη, ἔξεστι τοῖς πᾶσιν ἀνιδρωτὶ ἀποδρέπεσθαι. Mox:

Οὐ μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ τὴν Ἰωνιὰν ἐκδώσομεν ἐντυπώσαντες· παρ' ἧς οὐχ ὅπως εὐφροσύνην, ἀλλὰ καὶ μεγίστην ὠφέλειαν οἱ σπουδαῖοι καρπώσονται.

ΜΙΧΑΗΛΟΣ

ΜΙΧΑΗΛΟΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Α.

1. Ἀβυδηνῶν ἐπιφόρημα.] Ἐπὶ τῶν ἀηδῶν εἴωθε τάττεσθαι. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἀβυδηνοῖς, μετὰ τὸ δεῖπνον καὶ τὰς σπονδὰς, προσάγειν τοὺς παῖδας μετὰ τῶν τιτθῶν τοῖς εὐωχουμένοις· κεκραγότων δὲ τῶν παίδων, καὶ θορύβου γινομένου, ἀηδίαν πολλὴν εἶναι τοῖς δαιτυμέσιν.

2. Ἄβυδος ἐστίν.] Ἐπὶ συκοφάντου τάττεται· διὰ τὸ δοκεῖν συκοφάντας εἶναι τοὺς Ἀβυδηνούς.

3. Ἀβασάνιστος ἄνθρωπος εἶ.] Ἀγύμναστος, ἢ ἀνεξέταστος, ἀδοκίμαστος. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς βασάνου τῆς χρυσοχοϊκῆς λίθου, ἐν ᾗ δοκιμάζουσι τὸν χρυσόν.

4. Ἅβρωνος βίος.] Ὁ πολυτελής. Ἅβρων γάρ τις ἐγένετο πλούσιος· ὅθεν καὶ Ἁβροδίαιτος· ταυτὸν καὶ Σικελικὴ τράπεζα, καὶ Συβαριτικὸς βίος.

5. Ἀγαθῶν θάλασσα.] Ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν καὶ μεγάλων τάττεται. Λέγεται δὲ καὶ

6. Ἀγαθῶν πόντος.]

Καί·

7. Ἀγαθῶν σωρός.]

8. Ἀγαθῶν μυρμηκιά.] Ἐπὶ πλήθους εὐδαιμονίας, διὰ τὸ ἐνεργὸν καὶ πολύμοχθον τῶν μυρμήκων. Φασὶ δὲ αὐτοὺς τὴν ἑαυτῶν γεωργίαν ἐργάζεσθαι σκολιωτάτην· τοῖς ἐπιβουλεύουσί σφισι τῶν θηρίων τὴν πάροδον δύσπορον, ἢ καὶ παντελῶς ἄπορον, ἀποφαίνοντες· τὴν δὲ γῆν, ἣν ἐξορύττουσιν, ἀλλὰ καὶ ταύτην ὑπὲρ τοῦ στο-

MICHAELIS APOSTOLII PROVERBIORUM

CENTVRIA I.

1. A*Bydena bellaria.*] De rebus insuauibus poni solet. Moris quippe Abydenis fuit, post conuiuium & libationes iam factas, vnà epulantibus pueros cum nutricibus inducere: quibus vociferantibus quum tumultus excitaretur, plurimum conuiuis molestiæ creabatur.

2. *Abydus est.*] De Sycophanta dicitur, quod Abydeni Sycophantæ esse existimentur.

3. *Inexploratus homo es.*] Non exercitatus, non examinatus, non probatus. Sumpta locutio à lapide Lydio, seu coticula, qua auri experimentum capiunt.

4. *Habronis vita.*] Hoc est, sumptuosa ac delicata: Habron enim diues quispiam fuit. Vnde & Ἁβροδίαιτος, qui lautè viuit. Huic Germanum, *Sicula mensa.* Et, *Sybaritica vita.*

5. *Bonorum mare.*] De multis magnisque bonis vsurpatur. Dicitur etiam

6. *Bonorum pontus.*]

Et:

7. *Bonorum aceruus.*]

8. *Bonorum myrmecia.*] De numerosa felicitate, propter formicarum indefessum in laborando studium. Ferunt autem illas ita suos sub terra sulcos, seu fossas, ducere, vt aditum ad se, animalibus sibi insidiantibus, quàm tortuosissimum, & accessu difficillimum, seu potius omninò impenetrabilem, construant. Terrâ porrò, quam egerunt, super cauernæ suæ os circum-

circumiectâ, velut muros quosdam conficiunt: ne aqua ex cœlo præcipitans ipsis perniciem afferat. Septa item quædam, quæ latibuli sui stationes invicem dispescant, interscindunt. Sunt autem illarum classes tres: quarum primam velut virorum diuersorium exhibent. In qua viri, & quantum cum ipsis fæminarum est, agunt: secundam autem, in qua grauidæ formicæ pariunt, instar cuiusdam gynæcei. Tertiam denique aliam penum seu scrobem collectis seminibus secernunt. Quando autem ad annonam sibi comparandam prodeunt, minores quæ sunt, natu grandiores sequuntur, quæ illas instar præfectorum exercitus ducunt: quumque ad segetes iam ventum est, iuniores stipulæ onus subeunt; ductores autem adrepentes capita seminum, οὐραχοὺς vocitata, abrodunt, populoque inferiùs constituto projiciunt. Aliæ denique circumeuntes spicarum summitates præcidunt, folliculosque frumentum inclusum contegentes expediunt; non triturantis, aut ventilantium opera, neque ad discernendas paleas ab ipso fructu, ventorum impellentium flabris indigentes: alimenta sic sua, quamdiu homines arant seruntque, parata habentes. Ferunt etiam vita functas à propinquis suis, in frumenti glumis, vt parentes cæterique necessarij ab hominibus, in conditorijs, sepeliri. Hoc item: in plenilunijs ne nocte quidem torpescere aut quieti indulgere, sed labore distineri. O homines mille interim occasiones ac prætextus ad ocium agendum comminiscentes.

9. *Agathonia ad tibiam modulatio.*] Quæ neque laxa neque acris; sed commodè temperata ac suauissima. Alijs verò, mollis ac dissoluta. Ab Agathone tibicine, qui moribus quidem probus fuit & amicis charus; ob mollitiem tamen muliebrem comico sale exagitatus.

10. *Post panem est & bona maza.*]

μίου περιβάλλοντες, οἱονεὶ τείχη τινὰ ἐργάζονται· ὡς μὴ τὸ ὕδωρ, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταθέον, ἐπικλύσαν αὐτοὺς ἀπολέσῃ. Αἱμασιὰς δέ τινας, διειργούσας ἀπ' ἀλλήλων τοὺς χηραμοὺς, διατειχίζουσιν. Εἰσὶν δ' αὖ οἱ χῶροι τρεῖς· καὶ τὸν μὲν ἀποφαίνουσι ὅσον ἀνδρῶν εἶναι· ἐν ᾧ διαιτῶνται οἱ ἄρρενες, καὶ ὅσον σὺν αὐτοῖς θῆλυ. τὸν δὲ ἕτερον, ἔνθα ἀποτίκτουσι κύουσαι μύρμηκες, οἱονεὶ γυναικῶνα. τρίτον δὲ ἕτερον θησαυρόν τε καὶ σωρὸν ἀποκείμενον τοῖς ἠθροισμένοις σπέρμασιν. Οἱ δὲ μύρμηκες, ὥσπερ οὖν ἐπισιτίσασθαι προϊόντες, τοῖς μεγίστοις ἕπονται· οἱ δὲ ἄγουσι στρατηγῶν δίκην, καὶ ἐς τὰ λήϊα ἐλθόντες, οἱ μὲν ἔτι νεαροὶ, τὴν καλάμην ὑφεστᾶσιν· οἱ δὲ ἡγεμόνες ἀνέρπουσι, καὶ τοὺς καλουμένους οὐραχοὺς τῶν καρπίμων διατραγόντες, τῷ δήμῳ τῷ κάτω ῥίπτουσιν· οἱ δὲ περιελθόντες, τοὺς μὲν ἀθέρας ἀποκόπτουσιν, ἐκλέπουσι δὲ τὰς τὸν πυρὸν στεγούσας καὶ περιαμπεχούσας θυλακίδας. καὶ μήτε ἀλοητοῦ δεόμενοι, μήτε ἀνδρῶν λικμῆσαι δυναμένων· μήτε μὴν ἐπαγομένων πνευμάτων, ἀποκεῖναι καὶ διασεῖσαι τὰς ἄχνας· καὶ τὸν καρπὸν, ἀνθρώπων ἀρούντων τε καὶ σπειρόντων, τροφὰς ἔχουσι. Καὶ τοὺς τεθνεῶτας δὲ μύρμηκας οἱ προσήκοντες ἐν ταῖς τῶν πυρῶν κηδεύουσι θυλακίσιν, ὡς πατέρας, ἢ πᾶν τὸ φίλιον ἐν τοῖς σωροῖς οἱ ἄνθρωποι· φασὶ δὲ αὐτοὺς, ὡς ἐν ταῖς πανσελήνοις οὐδὲ νύκτωρ βλακεύουσι, οὐδὲ ἐλιννύουσι· ἀλλ' ἔχονται τῆς σπουδῆς. ὦ ἄνθρωποι, μυρίας προφάσεις καὶ σκήψεις εἰς τὸ ῥαστωνεύεσθαι ἐπινοοῦντες.

9. Ἀγαθώνειος αὔλησις.] Ἡ μήτε χαλαρὰ, μήτε πικρὰ, ἀλλ' εὔκρατος καὶ ἡδίστη· ἄλλοις δὲ μαλακὴ καὶ ἐκλελυμένη. ἀπὸ Ἀγάθωνος αὐλητοῦ. οὗτος ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον, καὶ ποθεινὸς τοῖς φίλοις· ἐκωμῳδεῖτο δὲ εἰς θηλύτητα.

10. Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον.] Ἐπὶ

τῶν

τῶν τὰ δεύτερά τισι διδόντων. Ὁμοία τῇ, Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

11. Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός.] Ὡς οὐδὲν διάφορον ἢ δι' ὀργάνων φωνὴ ἡδονὴν ἐμποιεῖ, τῆς δι' ὄψων καὶ ζωμοῦ σκευασίας. Ἀρχίδαμος γὰρ ὁ Ζευξίππου, πρὸς τὸν συνιστάντα ψάλτην καὶ εἰπόντα, οὗτος ἀγαθὸς ψάλτης ἐστὶν, εἶπε· παρ' ἡμῖν δέ γε οὗτος, ἀγαθὸς ζωμοποιός. πρὸς δὲ τὸν ἐπαινοῦντα κιθαρῳδὸν καὶ θαυμάζοντα τὴν δύναμιν αὐτοῦ, Ὦ λῷστε, ἔφη, ποῖον γέρας παρὰ σοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἔσται· ὅταν οὕτως ἐπαινῇς.

12. Ἀγαθοῦ δαίμονος.] Ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ, μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθοῦ δαίμονος, ἐπιρροφοῦντες ἄκρατον καὶ τοῦτο δὲ τρίτον. καὶ ἡμέραν δὲ τὴν δευτέραν τοῦ μηνὸς οὕτως ἐκάλουν· καὶ ἐν Θήβαις ἦν ἡρῷον ἀγαθοῦ δαίμονος.

13. Ἀγαθὰ Κιλίκων.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν οὐ προσηκόντων πλουτούντων. Προδότης γάρ τις ὢν Κιλίκων, Μίλητον προδοὺς εὐπόρησεν. Ὁμοία ταύτῃ, καὶ ἡ, Ἀπὸ νεκρῶν φορολογεῖ.

14. Ἀγέλαστος πέτρα.] Ἐπὶ τῶν λύπης προξένων· ἐπ' αὐτῆς γὰρ ἐκάθισεν, ὅτε ἐζήτει τὴν κόρην, ἡ Δημήτηρ.

15. Ἀγναπτότατος βάτος αὖος.] Ἐπὶ τοῦ σκληροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον.

16. Ἁγνότερος πηδαλίου.] Ἐπὶ τῶν ἁγνῶς βιούντων· παρόσον ἐν θαλάσσῃ ἐστὶν ἀεὶ τὸ πηδάλιον.

17. Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.] Ἐπὶ πολλῶν ἀγαθῶν λέγεται.

18. Ἁγνὴ γάμων.] Ἐπὶ τῶν σωφρόνων γυναικῶν· εἰρωνικῶς δὲ, καὶ ἐπὶ τῶν μὴ σωφρόνων.

19. Ἀγρὸς ἡ πόλις.] Ἐπὶ τῶν παρανομούντων. Ἐπίχαρμος· Ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς.

De, ijs, qui secunda aliquibus dant. Huic simile, *Accipit & glebam erro.*

11. *Bonus cantor bonus cupediarius.*] Hinc dictum, quòd non minorem voluptatem instrumentorum musicorum sonus excitet, quam quæ ex obsonio ac iure esculento scitè paratis conciliatur. Archidamus enim Zeuxippi filius quum quidam illi cantorem commendaret diceretque, Bonus hic cantor est: At apud nos, inquit ille, bonus cupediarius. Alij rursum citharœdum laudanti, eiusque in ea arte facultatem admiranti, Quodnam, inquit, præmium apud te vir optime hominibus probis erit, quando tu istum ita dilaudas?

12. *Boni genij haustus.*] Veteres pro more habebant, post conuiuium bibere boni genij nomine, trina vice vinum meracum obducentes. Qui & secundam mensis diem ita appellabant. Insuper Thebis templum seu monumentum erat Heroi cuipiam dedicatū, quod, *boni ingenij*, dicebatur.

13. *Cilicon bona.*] In eos, qui vnde minimè oportebat, ditescunt. Proditor enim quidam, Cilicon nomine, Mileto abs se hostibus tradito, ad magnam opulentiam peruenit. Huic similis parœmia: *à mortuis tributum cogit.*

14. *Risus expers petra.*] De ijs, quæ tristitiam conciliant. Illi enim petræ Ceres, dum filiam quæreret, insedit.

15. *Rigidissimus rubus aridus.*] In hominem aspero arrogantique ingenio.

16 *Purior clauo nautico.*] De ijs, qui caste viuunt, quod illud continuò sit in mari.

17. *Bonorum glomi.*] Vsurpatur de multis bonis.

18. *Pura à nuptijs.*] De mulieribus temperantibus; & per irrisionem etiam intemperantibus.

19. *Ager vrbs.*] De ijs, qui peruersè quid faciunt. Epicharmus: *Agrum vrbem facis.*

20. *Forum*

20. *Forum lupinum.*] De celeriter venditis: translatione sumpta à lupo animali rapace.

21. *Forum Cercopum.*] De improbis & morum prauorum. Cercopes enim Ephesi fuere quidam impostores: qui etiam Iouem ipsum fallere conati sunt. Simile huic: *Lyci decima*: &, *Crobuli iugum.*

22. *Agyrrhius est, Pronomi barbam habens.*] De ijs, qui, cùm iudicijs præsint, turpiter tamen molles atque effæminati sunt. Agyrrhius præfectus militum Lemni fuit, qui poëtarum mercedem accîdit, & primus concionalem præbuit. Pronomus verò tibicen fuit, magnam habens barbam.

23. *Fures festum agunt.*] Venustissima syntaxis, & pro comico lepore satis docta: dicitur autem de intrepide furantibus.

24. *Canis per curiales ductus.*] De ijs, qui, vbi non oportet, inueniuntur. Canis enim inter curiales inuentus, vapulat.

25. *Geometriæ ignarus nullus ingrediatur.*] Hoc est, Nullus iniustus, siue iniquus. Geometria enim æqualitatem ac iustitiam quærit.

26. *Agri podex.*] De ijs, qui diligenter & assiduè rei cuipiam assident.

27. *Agresti olea infructuosior.*] De inutilibus. Est enim ἄγριππος, agrestis olea, siue arbor infructuosa.

28. *Agrestem ne contemnas oratorem.*] Admonet, ne viles quidem esse contemptui habendos.

29. *Certamen non admittit causationes.*] De illis, qui tergiuersando nihil proficiunt.

30. *Inflexibilior rubo arido.*] De homine sicco & moribus aspero.

20. Ἀγορὰ λύκιος.] Ἐπὶ τῶν ταχέως πιπρασκομένων· ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ζώου· ἁρπακτικὸν γάρ.

21. Ἀγορὰ Κερκώπων.] Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων. Κέρκωπες γάρ τινες ἀπατεῶνες ἐγένοντο ἐν Ἐφέσῳ, οἳ καὶ τὸν Δία ἐξαπατῆσαι πεπείρανται, ὁμοία τῇ, Λύκων δεκάς· καὶ, Κρομύλου ζεῦγος.

22. Ἀγύῤῥιός ἐστι, Πατρονόμου πώγων' ἔχων.] Ἐπὶ τῶν ψηφιζομένων καὶ ὀπυομένων. οὗτος στρατηγὸς ἦν ἐν Λήμνῳ καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε, καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκεν. οὗτος δὲ Πατρόνομος αὐλητὴς ἦν, μέγαν ἔχων πώγωνα.

23. Ἄγουσιν ἑορτὴν οἱ κλέπται.] Χαριεστάτη ἡ σύνταξις, καὶ ἱκανῶς πεπαιδευμένη, κατὰ κωμῳδικὴν χάριν. Λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀδέως κλεπτόντων.

24. Ἀγόμενος διὰ Φρατόρων κύων.] Ἐπὶ τῶν ὅπου μὴ δεῖ εὑρισκομένων. ἐν γὰρ τοῖς Φράτορσι κύων εὑρεθεὶς τιμωρεῖται.

25. Ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω.] Ἀντὶ τοῦ ἄδικος καὶ ἄνισος. ἡ γὰρ γεωμετρία τὴν ἰσότητα καὶ τὴν δικαιοσύνην ζητεῖ.

26. Ἀγροῦ πυγή.] Ἐπὶ τῶν λιπαρῶς καὶ ἐπιμόνως ᾧ τινι δὴ ἔργῳ προσκαθημένων.

27. Ἀγρίππου ἀκαρπότερος.] Ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν· ἐστι δὲ ἄγριππος, ἡ ἀγριέλαια, ἢ δένδρον ἄκαρπον.

28. Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.] Ὑποθετική, ὅτι μηδὲ τῶν εὐτελῶν χρὴ καταφρονεῖν.

29. Ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.] Ἐπὶ τῶν μηδὲν ὀνιναμένων εἰ σκήψαιντο.

30. Ἀγναπτότερος βάτου αὔου.] Ἐπὶ τοῦ ξηροῦ καὶ αὐθάδους τὸν τρόπον.

31. Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα πρὸς ἔλεον βλεπόντων.

32. Ἀγαμέμνονος θυσία.] Ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ σκληρῶν. θύοντος γὰρ Ἀγαμέμνονος, ὁ βοῦς φυγὼν, μόλις ἐλήφθη. Ἢ ὅτι τὴν ἑαυτοῦ ἐβούλετο Ἀγαμέμνων θυσιᾶσαι θυγατέρα, ἡ δ' ἔφυγε.

33. Ἀγαμεμνόνεια φρέατα.] Ἐπὶ τῶν ἐλευθερίων. Ἀγαμέμνων γὰρ περὶ τὴν Αὐλίδα καὶ τὴν ὅλην Ἑλλάδα φρέατα ὤρυξεν.

34. Ἄιδε τὰ Τέλλωνος.] Ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν. Τέλλην γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο, ὃς παίγνια κατέλιπε χάριν ἔχοντα.

35. Ἅδου πρωκτῷ περιπέσῃς.] Ἤγουν τελευτήσῃς.

36. Ἄδικος δικαστὴς μεμολυσμένη συνείδησις.]

37. Ἀδικείτω μοι πλούσιος, καὶ μὴ πένης.] Ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα.

38. Ἄδακρυς πόλεμος.] Ἐπὶ τῶν ῥᾷστα καὶ παρ' ἐλπίδα τὰ πράγματα κατορθούντων. χρησμὸς γὰρ ἐδόθη Λακεδαιμονίοις, ἄδακρυν μάχην νικῆσαι. ὅθεν οὐδὲ εἷς τηνικαῦτα τούτων ἀπέθανεν.

39. Ἀδεὲς δέος δέδοικας.] Ἐπὶ τῶν μάτην δεδιότων.

40. Ἀδράστεια νέμεσις.] Ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυστυχησάντων. τῶν γὰρ ἀπογόνων Θηβαίοις ἐπιστρατευσάντων, μόνος Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο Ἀδράστου παῖς. Ἄλλοι δὲ λέγουσι, τὴν Ἀδράστειαν εἶναι τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει· λαβεῖν δὲ τοὔνομα ἀπὸ Ἀδράστου τινὸς βασιλέως, ἔκ τινων μαντικῶν ἱδρυσαμένου ἱερὸν Νεμέσεως· ὃ προσαγορευθῆναι μετὰ ταῦτα Ἀδραστείας, ὡς Ἀντίμαχος ἐν τούτοις δηλοῖ·

Ἔστι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεός· ἣ τάδε πάντα

31. *Vir bonus in lachrimas facilis.*] De hominibus in commiserationem valde propensis.

32. *Agamemnonis hostia.*] In homines quibus non facilè quid persuadetur, & præfractos. Agamemnone enim sacrificante, bos fugiens, vix receptus est. Aut inde parœmia quod cum suammet filiam ille immolare vellet, illa aufugerit.

33. *Agamemnonij putei.*] De hominibus liberalibus. Agamemnon enim in Aulide totaque Græcia puteos fodit.

34. *Cane Tellenis cantiones.*] In dicaces. Fuit enim Tellen tibicen, qui lepidos quosdam ingenij lusus reliquit.

35. *In Orci podicem incidas.*] Hoc est moriaris.

36. *Iniustus Iudex, polluta conscientia.*]

37. *Iniquus in me diues esto, non inops.*] Potentiorum nam minùs graue est iugum.

38. *Sine lachrimis bellum.*] De ijs, qui facillimè & præter spem negotia sua rectè conficiunt. Oraculum enim Lacedæmonijs datum fuit, fore vt pugnâ sine lachrimis essent superiores: vnde nec quisquam illorum tum temporis occubuit.

39. *Timorem timoris expertem timuisti.*] In frustra metuentes.

40. *Adrastea Nemesis.*] De ijs, quorum quum antea res prosperæ fuissent, postea in calamitates inciderunt. Bellum enim in Thebanos Adrasti posteris monentibus solus Ægialeus Adrasti filius in eo perijt. Alij Adrasteam eamdem cum Nemesi esse dicunt, nomenque ab Adrasto rege, qui oraculis quibusdam admonitus, Nemesi huic templum ædificauit, accepisse aiunt, quod posteà Adrasteæ est appellatum. Id quod Antimachus his versibus declarat:

Est Nemesis Dea magna: tenet namque omnia Diuûm

Munere. Cui pingues aras exſtruxit Adraſtus,
AEſopi primus liquidas ad fluminis vndas.
Hîc colitur Diua, & nunc Adraſtea vocatur.

Demetrius verò Sceptius, Adraſteam Dianam eſſe, aſſerit, ab Adraſto quopiam, qui templum illi condidit.

41. *Cantas.*] Hoc eſt, temerè nugaris.

42. *Cantas ad myrtum.*] Moris erat, vt, qui in conuiuio canere ad cytharam non poſſet, lauri aut myrti ramo ſumpto, ad illum accineret.

43. *Adonidis horti.*] De hortis parum durantibus & præmaturis, quique radices non egerunt. Propterea enim quod Adonis, vt eſt in fabulis, Veneris amore captus, ante pubertatem perijt: Ideo viri mulieresque Orgia Veneri celebrantes, hortos in vaſis ſeu receptaculis quibuſdam plantabant. Qui quum radices non haberent, celeriterque emarceſcerent, Adonidis hortos illos appellarunt.

44. *Manus manum lauat.*] Epicharmi apophtegma in Auaros.

45. *Canis tamquam Delum nauigans.*] De illis, qui voluptatibus addicti & abſque ſollicitudine ſunt.

46. *Frater viro adſit.*] Neceſſarios præ reliquis honorandos eſſe.

47. *Iniuria probos afficit, qui malis parcit.*] Qui iniuſtos puniunt, alios, ne iniuſtitiam committant, prohibent. *Iſai.*

48. *Currus edax.*] De edacibus.

Et:

49. *Edax triremis.*] Nempe ſumptuoſa.

Sic:

50. *Edax lucerna.*]

Πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἴσατο πρῶτος
Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο.
Ἔνθάδε τιμᾶταί τε, καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται.

Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος, Ἄρτεμίν φησιν εἶναι τὴν Ἀδράστειαν, ὑπὸ Ἀδράστου τινὸς ἱδρυμένην.

41. Ἄιδεις ἔχων.] μάτην λέγων ληρεῖς.

42. Ἄιδεις πρὸς μυῤῥίνην.] Ἔθος ἦν, τὸν μὴ δυνάμενον ἐν συμποσίῳ ᾆσαι, δάφνης κλάδον ἢ μυῤῥίνης λαβόντα, πρὸς τοῦτον ᾄδειν.

43. Ἀδώνιδος κῆποι.] Ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ἀώρων, καὶ μὴ ἐῤῥιζωμένων. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἄδωνις ἐρώμενος ὤν, ὡς ὁ μῦθος, τῆς Ἀφροδίτης, πρὸ ἥβης τελευτᾷ· οἱ ταύτῃ ὀργιάζοντες, κήπους εἰς ἀγγεῖά τινα φυτεύοντες, ἢ φυτεύουσι, ταχέως ἐκείνων διὰ τὸ μὴ ἐῤῥιζῶσθαι μαραινομένων, Ἀδώνιδος αὐτοὺς ἐκάλουν.

44. Ἁ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα νίζει.] Ἐπιχάρμου ἀπόφθεγμα κατὰ φιλαργύρων.

45. Ἄιδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων.] Ἐπὶ τῶν φιληδόνων καὶ ἀφροντίστων.

46. Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη.] Ὅτι προτιμητέον τοὺς οἰκείους.

47. Ἀδικεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ὁ φειδόμενος τῶν κακῶν.] Ὅσοι τοὺς ἀδικοῦντας κολάζουσιν, οὗτοι τοὺς ἄλλους ἀδικεῖσθαι κωλύουσι. Ἰσαίου.

48. Ἀδδηφάγον ἅρμα.] Ἐπὶ τῶν γαστριμαργούντων.

Καί·

49. Ἀδδηφάγος τριήρης.] Ἡ πολυτελής.

Καί·

50. Ἀδδηφάγος λύχνος.]

Καί·

καί·

51. Ἀδδηφάγον πεντηκόντορον.] Φίλιστος. Λέγοιεν δ' ἂν οὗτοι, τὰς ἐντελομίσθους καὶ πολλὰ ἀναλισκούσας· ἔοικε δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἵππων τῶν τελείων καὶ ἀγωνιστῶν λέγεσθαι, οἵτινες εἰώθεσαν ἔδμεναι ἄδδην, κατὰ τὸν Ποιητήν. Ἀλκαῖος δὲ ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότους λύχνους, ἀδδηφάγους εἶπεν. καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον.

52. Ἁ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθᾶς πλεῦρα δωρεῖται φίλοις.] Ἐπιχάρμου ἡ γνώμη.

53. Ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιΐας ὁ πλοῦτος.] Ἐν τῷ διδόναι γὰρ λαμβάνεται, καὶ ἐν τῷ σκορπίζειν συνάγεται. Θεσπίδος.

54. Ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει.] Ἐπὶ τῶν ὁμοίοις προσομιλούντων. Οἱ περὶ Ἀδρίαν οἰκοῦντες Ἐνετοί, ὅταν ἀρότου καὶ σπόρου ὥρα ἦν, τοῖς κολοιοῖς ἀπέστελλον δῶρα, ψαιστὰ καὶ μάζας. βούλεται δὲ τὰ δῶρα, μειλίγματα τοῖς κολοιοῖς εἶναι, καὶ σπονδῶν ὁμολογίαι· ὡς ἐκείνους τὸν καρπὸν τὸν Δημήτριον μὴ ἀνορύττειν, μηδὲ παρεκλέγειν καταβληθέντα εἰς γῆν· καὶ οἱ μὲν ἀναχωροῦσι· τὰ δὲ τῶν κολοιῶν νέφη, δύο ἢ τρεῖς, κατὰ τοὺς πρεσβεῖς τοὺς ἐκ τῶν πόλεων, πέμπουσι, κατασκεψαμένους τῶν ξενίων τὸ πλῆθος. οἵπερ οὖν καὶ ἐπανίασι θεασάμενοι, καὶ καλοῦσιν αὐτοὺς ᾗ πεφύκασιν, οἱ μὲν καλεῖν οἱ δὲ ὑπακούειν· ἔρχονται δὲ κατὰ νέφη, ἐὰν μὲν γεύσωνται τῶν προειρημένων, ἴσασιν οἱ Ἐνετοί, ὅτι ἄρα αὐτοῖς πρὸς τοὺς ὄρνιθας τοὺς προειρημένους, ἔνσπονδά ἐστιν. ἐὰν δὲ ὑπερίδωσι καὶ ἀτιμάσαντες ὡς εὐτελῆ μὴ γεύσωνται, πεπιστεύκασιν οἱ ἐπιχώριοι ὅτι τῆς ἐκείνων ὑπεροψίας ἐστὶν αὐτοῖς λιμὸς τὸ τίμημα. Ἄγευστοι γὰρ ὄντες οἱ

Et:

51. *Edax nauigium quinquaginta remorum.*] Philiſtus: Dixerint autem illi ἀδδηφάγους triremes, quæ integras mercedes accipiunt, quæque multa conſumunt. Videtur autem hæc locutio à tranſlatione equorum præſtantiorum, quorumque in certamine vſus eſt, duci: quod plurimum edere iuxta Poëtam conſueuerint. Alcæus autem in Comœdotragœdia, non ἀδδηφάγους ſed πότους λύχνους, hoc eſt bibulas lucernas, dixit: vt etiam Ariſtophanes in Nubibus: *Cur enim mihi bibulam accendiſti lucernam?*

52. *Exercitatio probæ naturæ, latera præbet amicis.*] Epicharmi ſententia.

53. *Benignitatis numquam opes abſumpſeris.*] Largiendo enim accipit, & diſpergendo colligit. *Theſpidæ.*

54. *Monedulæ ſemper monedula aſſidet.*]De ijs, qui cum ſui ſimilibus verſantur. Veneti qui ad mare Adriaticum accolunt, quum iam tempus aratri & ſementis faciendæ adeſſet, monedulis dona mittebant, placentas & liba: quibus quidem donis hoc agebatur, vt velut placamenta quædam eſſent & induciarum pacta conuenta: ne illæ Cereris fructum terræ commiſſum effoderent ſublegerentque: quo facto illi quidem diſcedunt, ceterum monedularum nubes, duas aut tres iuxta morem legatorum qui ex vrbibus mitti ſolent, hoſpitalium munerum copiam inſpecturas; ex ſuis amandant. Quibus inſpectis, redeunt, atque illas qua voce inter ſe vti atque inuicem intelligere innatum eſt, accerſunt. Venientes autem nubium inſtar, ſi quæ diximus guſtauerint, intelligunt Veneti ſibi cum volucribus illis confœderationẽ eſſe: ſin illa contemſerint, &tanquam vilia cum dedecore deſpexerint, minimèque guſtauerint; credunt indigenæ, talem illatum deſpectum, famem ſibi pro mulcta allaturum. Quippe ieiunæ monedulæ, quæque,

vt ita loquar, muneribus illis sese corrumpi non permiserunt, ad arua conuolantes, maioremque satorum partem acerbissimè iracundéque effodientes indagantesq; , deprædantur. Monedulæ etiam, quando instar accipitrum, nunc quidem sublimius, nunc verò demissius volant, frigus pluuiamque denunciant.

55. *Semper pusilla Dij pusillis conferunt.*] Callimachi.

56. *Agricola semper in futurum diues est.*] Philemonis. De ijs, qui continua spe aluntur, fore vt malis suis liberentur; in eadem tamen rursum incidunt.

57. *Semper Iouis feliciter tali cadunt.*] De ijs, qui omnino fortunatè agunt. Alij verò de ijs, qui meritò pœnas luunt, mutata dictione εὖ πίπτουσι, in ἐμπίπτουσι.

58. *Aquilam volare doces.*] De ijs, qui quospiam docere ea aggrediuntur, quæ ipsi meliùs se docere volentibus norunt.

59. *Aquilam cornix lacessit.*] Parœmia aperta est. Cornicibus enim studio est aquilas prouocare: illæ autem eas contemnunt, & inferiori volatu ferri sinunt, dum æthera superiorem velocissimis suis pennis sine vllo metu scindunt. Quomodo enim metuere quis illas dixerit, qui earundem robur pernouerit? Sed propria animi quadam magnitudine facessere infra se sinunt.

60. *Semper Leontini apud crateras.*] De ijs, qui semper ijsdem rebus dediti. Leontini enim in Sicilia assiduè poculis seu crateris indulgebant. Quos vt bello Phalaris deuicit, in ipsos crateras [scilicet Ætnæ] iniecit. Vnde & parœmia orta fuit.

61. *Aquila non venatur muscas.*] De ijs, qui rebus minimis non attendunt. Et contrà, citra negationē, de ijs qui circa minutissima occupātur. Dicitur etiam aquila id quod in ædiū fastigio est, quod quidam

προειρημένοι, καὶ ἀδέκαστοί γε, ὡς εἰπεῖν, ἐπιπέτονταί τε ταῖς ἀρούραις, καὶ τὸ πλεῖστον τῶν κατεσπαρμένων συλῶσι, πικρότατοί γε ἐκεῖνοι σὺν τῷ θυμῷ, καὶ ἀνορύττοντες καὶ ἀνιχνεύοντες. Οἱ κολοιοὶ δὲ ἱερακίζοντες καὶ πετόμενοι, πῆ μὲν ἀνωτέρω, πῆ δὲ κατωτέρω, κρυμὸν καὶ ὑετὸν δηλοῦσιν.

55. Ἀεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδοῦσι θεοί.] Καλλιμάχου.

56. Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.] Φιλήμονος. Ἐπὶ τῶν ἐλπίδι μὲν ἀεὶ τρεφομένων ἀπαλλαγῆναι τῶν δεινῶν, τοῖς αὐτοῖς δὲ πάλιν περιπιπτόντων.

57. Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.] Ἐπὶ τῶν εἰς πάντα εὐδαιμονούντων. οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν ἀξίως τιμωρουμένων, μεταγεγραμμένου τοῦ εὖ πίπτουσι, εἰς τὸ ἐμπίπτουσι.

58. Ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις.] Ἐπὶ τῶν ἐγχειρούντων διδάσκειν τινὰς, ἃ ἐπίστανται μᾶλλον τῶν θελόντων διδάσκειν.

78. Ἀλλ' οὐδὲν δεῖ περὶ τὸν βωμὸν τῆς ἐπινοίας.] ὅτι οὐ δεῖ ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασι βουλεύεσθαι· οἱ γὰρ ἱερεῖς, τὰ ἱερεῖα προσάγοντες οὐκ οὖν μετὰ τὸ καλλιερῆσαι βουλεύονται.

79. Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ.] Λείπει τὸ, ἁλώσεται. ἐπὶ τῶν πονηρῶν.

80. Ἄλλο γένος κώπης.] Ἐπὶ τῶν περὶ τὸ ἔθος ἐνηλλαγμένων. Ἡρακλῆς γὰρ διαπεραιούμενος ἐπὶ τὰς Ἐρυθρείας βοῦς, ἱστίῳ τῇ λεοντῇ ἐχρήσατο, ἱστῷ δὲ, τῷ ῥοπάλῳ· ἐφ' ᾧ καὶ ἐλέχθη.

81. Ἄλλη τρέλλη.] Σκῶμμα γερόντων, ἐκ τοῦ * σωρὸς γίνεται.

citūque eius deleto, ſpolia Admeti copijs diſtribuit, & Alceſtin illi reddidit. Hinc ille inter mortales ſermo, Alceſtin Herculis fortè ſuperuenientis operâ fuiſſe à morte liberatam. Exque huiuſmodi facto fabula conficta.

73. *Interdum varius, regio vt quæque exigit, eſto.*]Quod locis, in quibus quis verſatur, ſe adaptare debeat. Sumptum à polypodibus, qui cuicunque petræ adhæſerint, timore incitati, in eius ſpeciem ſe transformant. Huic ſimile: *Polypodis verſicoloris mentem obtine.*

74. *Alter hic Hercules.*]De fortibus ac robuſtis.

75. *Salem & fabam.*]De ijs, qui ſe quidem ſcire rem aliquam ſimulant, quam tamen ignorant. Vates enim ſalem & fabam opponunt. Vnde factum, vt qui rerum ſecretarum quempiam participem reddebant, circa ſalem & fabam eſſe dicerentur.

76. *Satis quercus.*] De ijs, qui in lautiorem quampiam victus rationem tranſlati ſunt. Veteres enim, relictis glandibus, tritico & vino vti cœperunt.

77. *Alia vita, alius victus.*] De ijs, qui ad lautiorem viuendi rationem tranſeunt.

78. *Ad altare nihil opus conſilio.*] Non oportere in ipſo opere, ſed antè deliberare. Nam qui victimas ſacrificaturi adducunt, poſtquam litarunt, non iterùm conſilium ineunt.

79. *Sed non iterùm vulpes.*]Nempe, *capietur.* In prauos.

80. *Aliud genus remi.*] De ijs, qui à rebus quas anteà agere ſolebant, temerè deſciſcunt. Hercules enim in Erythream inſulam ad armenta illinc abigenda trajiciens, leonis exuuijs pro velo, clauo pro malo vtebatur. Vnde quoque orta parœmia.

81. *Scomma ſenile.*] A loculo, ſeu ſepulchro, formatur.

82. *Non id quod magnum est, pulchrum est; sed id quod pulchrum, magnum.*] Demosthenes aliquando conspicatus ineptum quendam tribunum plebis, magno clamore vtentem, hoc apophthegma in eum protulit.

83. *Aliena iacere.*] De ijs, qui quod affectant non assequuntur, siue id sit in alea ludenda, seu in alio quopiam.

84. *Frustra aquam consumis.*] In inepte loquaces. Ductum ab illis, qui in iudicijs ad aquæ mensuram dicunt.

85. *Sed non sortita bibisti in littera.*] In ebriosos. Athenienses iuxta litteram sortiebantur Iudices de tribubus, quæ decem erant: quarum prima, A, secunda, B, signum habebat; vsque ad K litteram. Decem porrò quum essent tribus, totidem etiam fiebant tribunalia. Qui ergo Alpha sortitus fuerat, primus judicabat, & hoc pacto reliqui. Fortassis ergo tu sortita, inquit, non judicasti, sed bibisti.

86. *Amalthea cornu*] De ijs, qui liberaliter ac fortunatè viuunt: quòd Iuppiter nutrici suæ Amaltheæ, quæ ex capra ipsum nutrierat, eiusdem capræ cornu dederit; ex quo proueniebat ipsi quidquid petijsset. Alias etiam fertur Rhea Iouem enixa, illum Amaltheæ, ne à Saturno parente deuoraretur, nutriendum dedisse. Cumque illa, quo ipsum aleret, lac non haberet, capræ ipsum subiecisse: vnde & Ægiuchus appellatus est, capramque inter sidera retulit; alterum autem ipsius cornu sublatum, Amaltheæ donauit: fore promittens, vt quæcumque vel voto esset exoptatura, ejus beneficio, indubitatò possit consequi. Palæphatus autem de Amalthæa ita refert, quòd, quum Hercules in Bœotia peregrinaretur cum Iolao fratris sui filio, ad quoddam hospitium in Thespijs diuertisset, in quo mulier quædam habitabat, nomine Amalthæa, ætate iuuencula, formaque admodum speciosa. Cuius amore cùm correptus fuisset Hercules,

82. Ἀλλ᾽ οὐ τὸ μέγα εὖ ἐστι, τὸ δὲ εὖ μέγα.] Δημοσθένης θεασάμενός τινα δημαγωγὸν ἀφυῆ μέγα βοῶντα, τοῦτ᾽ ἔφη τὸ ἀπόφθεγμα.

83. Ἀλλότρια βάλλειν.] Ἐπὶ τῶν ἀποτυγχανόντων, ἢ ἐν τῷ κυβεύειν, ἢ ἐν ἄλλῳ τινί.

84. Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ.] Ἐπὶ τῶν ματαιολογούντων. ἀπὸ τῶν μὲν ἐν τοῖς δικαστηρίοις πρὸς ὕδωρ λεγόντων.

85. Ἀλλ᾽ οὐ λαχοῦσα ἔπινες ἐν τῷ γράμματι.] Ἐπὶ τῶν μεθυόντων. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι κατὰ γράμμα ἐκληροῦντο ἀπὸ τῶν φυλῶν. δέκα δὲ ἦσαν αἱ φυλαί. εἶχον ἡ πρώτη, τὸ ἄλφα, ἡ δὲ δευτέρα τὸ βῆτα εἶχε σημεῖον· μέχρι τοῦ κάππα· δέκα γὰρ οὐσῶν φυλῶν, δέκα ἐγίνοντο δικαστήρια. ὁ οὖν λαχὼν τὸ ἄλφα, πρῶτος ἐδίκαζε, καὶ οἱ ἄλλοι ὁμοίως. τάχα οὖν σὺ λαχοῦσα φησὶν, οὐκ ἐδίκαζες, ἀλλ᾽ ἔπινες.

86. Ἀμαλθείας κέρας.] Ἐπὶ τῶν ἀφθόνως καὶ εὐδαιμόνως ζώντων· ὅτι τῇ τροφῷ αὐτοῦ Ἀμαλθείᾳ ὁ Ζεὺς ἐξ αἰγὸς τρεφούσῃ αὐτὸν παρέσχε κέρας αἰγὸς, δι᾽ οὗ ἐπέβλυσεν αὐτῇ πᾶν ὃ ἂν ᾐτήσατο. Καὶ ἄλλως. Λέγεται τὴν Ῥέαν τεκοῦσαν τὸν Δία, δεδωκέναι τῇ Ἀμαλθείᾳ τρέφειν· ἡ δὲ, μὴ ἔχουσα, αἰγὶ ὑπέβαλεν αὐτόν· ὅθεν Αἰγίοχος ἐκλήθη. Ὁ τοίνυν Ζεὺς τὴν μὲν αἶγα κατηστέρισεν ἐν τῷ οὐρανῷ· τὸ δὲ ἓν τῶν κεράτων ἀφελὼν, τῇ Ἀμαλθείᾳ δέδωκε, παρασκευάσας αὐτῇ γενέσθαι πᾶν ὅπερ αἰτήσειε διὰ τοῦ κέρατος. Ὁ δὲ Παλαίφατος περὶ Ἀμαλθείας οὕτω φησί· ὅτι Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν μετὰ Ἰολάου τοῦ ἀδελφιδοῦ, καταλύει ἐν Θεσπιαῖς ἔν τινι πανδοχείῳ· ἐν ᾧ ἦν τις γυνὴ, καλουμένη Ἀμαλθεία, ὡραία καὶ καλή· ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἡδόμενος αὐτῇ, πλείονα χρόνον

ἐξενί-

ἐξενίζετο. Ἰόλαος δὲ βαρέως φέρων, ἐπινοεῖ τὴν ἐμπολὴν τῆς Ἀμαλθείας ἐν κέρατι κειμένην ἀνελέσθαι· ἐξ ἧς ἐμπολῆς εἴ τι ἤθελεν ὠνεῖτο καὶ τῷ Ἡρακλεῖ. ἔλεγον οὖν οἱ συνέκδημοι, Ἡρακλῆς τὸ κέρας ἔχει τῆς Ἀμαλθείας, ἐξ οὗ ὠνεῖτο ὅσα βούλοιτο ἐπ' αὐτῷ· ὅθεν ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

87. Ἀμαῖα τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν.] Ἐπὶ τῶν πολυχρονίοις ζητήσεσι χρωμένων· Ἀμαῖα γὰρ ἡ Δημήτηρ, Ἀζησία δὲ, ἡ Κόρη.

88. Ἅμαξα τὸν βοῦν ἕλκει.] Ἐπὶ τῶν ἀντιστρόφως τι ποιούντων.

89. Ἀμφιδρομίαν ἄγεις.] Τὴν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν, ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ νιψάμεναι τῆς μαιώσεως· τὸ δὲ βρέφος φέρουσι περὶ τὴν ἑστίαν τρέχοντες, καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας. λέγεται ἐπὶ τῶν καθαιρομένων. καὶ Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀμβλώσεως· ἡμέρα τις ἤγετο ἐπὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν ἔτρεχον φέροντες· καὶ παρὰ τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολύποδας καὶ σηπίας ἐλάμβανον.

90. Ἀμφιθέτῳ ἔπινες.] Ἐπὶ τῶν ζωροποτούντων. Ἀμφίθετος δέ ἐστι φιάλη, ἡ κατὰ πᾶν μέρος αὐτῆς τιθεμένη ἀπύθμενος· οὐ τὸ παρ' ἡμῖν ποτήριον, ἀλλὰ γένος λέβητος, ἐκ παντὸς μέρους δυνάμενον ἕδραν ἔχειν.

91. Ἀμφιθαλὴς ἔρως ἐστὶν ἐν ὑμῖν.] Ὁ ἐν ἀμφοτέροις θάλλων ἢ φίλοις ἢ γενεῦσι, καὶ μηδενὸς ὠρφανισμένος.

92. Ἀμαρτίης αἰτίη, ἡ ἀμαθίη τοῦ κρέσσονος.] Ἐκ τῶν γνωμῶν τοῦ Δημοκράτους.

93. Ἄμυρις μαίνεται.] Ἐπὶ τοῦ φρενήρους. οὗτος θεωρὸς ὑπὸ Συβαριτῶν πεμφθεὶς εἰς Δελφοὺς περὶ εὐδαιμονίας, καὶ τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἀπώλειαν Συβαριτῶν ἔσεσθαι ποτε,

aliquam temporis moram ibidem traxit: quod Iolaus ægrè ferens, Amaltheæ facultates in cornu reconditas, auferre excogitat, vnde Herculi, si quid vellet, emebatur. Inde ab itineris socijs dici cœptum, Herculem cornu Amalthææ habuisse, ex quo quidquid volebat commodi, nanciscebatur. Et hinc fabulæ huic sua fuit origo.

87. *Amæa Azesiam præterijt.*] De ijs, qui rebus quibusdam perquirendis diutiùs occupantur: Amæa enim Ceres, Azesia verò eius filia est.

88. *Currus bouem trahit.*] In præposterè quid agentes.

89. *Amphidromiam agis.*] Quintum diem post natos infantes festum agunt, quo manus lauantes, ab obstetricandi munere purgant, & infantem curriculo circum ædes agitant, & propinqui dona mittunt, vt plurimùm polypos. Dicitur autem de ijs, qui se purgant. Lysias quoque primo De abortu, Dies quædam inquit, ob infantes recens natos celebrabatur, qua currentes puerum circum ædes ferebant, & à familiaribus atque amicis polypos & sepias accipiebant.

90. *Ex amphiteto bibisti.*] In illos, qui meracius bibunt. Ἀμφίθετος autem phiala est, quæ quacunque parte etiam collocetur, fundum non habet. Apud nos autem non est poculum, sed genus lebetis, quod ex omni parte locari potest.

91. *Vtrinque florens amor vobis est.*] Qui in vtrisque seu amicis seu parentibus floret, neque in vllo destituitur.

92. *Delicti caussa, melioris ignorantia.*] Ex Democratis sententijs.

93. *Amyris insanit.*] In cordatos dicitur & circumspectos. Hic à Sybaritis de successu sui status sciscitatum Delphos missus, quum Apollo oraculum edidisset, tum Sybaritis perniciem imminere,

quando

quando pluris bomines quàm Deos feciſſent; quum vidiſſet ſeruum propè ædem ſacram flagris cædi, & ad templum fugientem non fuiſſe dimiſſum: poſteà ad monumentum patris eius, à quo vapulabat, confugientem, miſſum factum fuiſſe: memor oraculi, facultatibus ſuis in pecuniam redactis, in Peloponneſum abijt, qui quod oraculi admonitu fecerat, Sybaritæ veſaniæ tribuerunt. Ille autem ſubſecutis temporibus, ob ſimulatam ſtultitiam, in admiratione habitus fuit.

94. *Nodos nectis.*] In eos, qui ſiniſtris ſubdoliſque ſunt ingenijs. Deſumptum à Peluſiotis qui in Caſio habitant, qui naturali quadam arte copulas nectebant, plicas plicis coaptantes.

95. *Strenuè bibere.*] Dicitur de ijs, qui vno anhelitu & ſine intermiſſione vlla bibunt, oculiſque non conniuentibus. Ad idem pertinet, Ἐξαμυστῆσαι.]

96. *Falces petebam, at hi ligones denegant.*] In eos, qui alia poſtulant ab illis, qui alia ſe habere negant.

97. *In bello non licet bis peccare.*] Nempe quod nec ſemel peccare liceat: neque verò in bello ſolùm, ſed nec in alijs.

98. *Indoctiùs dicito, ſed clariùs eloquere.*] Tauri.

99. *Agnos demetere.*] De ijs, qui in ſequentibus temporibus puniuntur. Quamdiu enim adhuc agni ſunt, non tondentur.

100. *Simul atque miſerti, gratia omnis occidit.*] De ijs, qui ſimul ac beneficium receperunt, protinus gratiæ referendæ obliuiſcuntur.

ὅταν ἀνθρώπους θεῶν προτιμήσωσι, θεασάμενος δοῦλον πρὸς ἱερῷ μαστιγούμενον, καὶ προσφυγόντα τῷ ἱερῷ καὶ μὴ ἀπολυόμενον, ὕστερον δὲ εἰς τὸ τοῦ μαστιγοῦντος πατρὸς μνῆμα καταφυγόντα ἀπολυθῆναι, συνεὶς τὸ λόγιον, ἐξαργυρισάμενος τὴν οὐσίαν, ἀπῆγεν εἰς Πελοπόννησον· ὃ οὖν λογισμῷ πεποίηκε, τοῦτ' εἰς μανίαν Συβαρῖται μετέστρεψαν· ὁ δὲ τῷ χρόνῳ διὰ τὴν προσποίητον μανίαν ἐθαυμάσθη.

94. Ἄμματα πλέκεις.] Ἐπὶ τῶν σκολιῶν τοὺς τρόπους, ἀπὸ τῶν ἐν Κασίῳ Πελουσιωτῶν, οἳ φυσικῇ τέχνῃ, ἄμματα ἔπλεκον, δοκοὺς ἐπὶ δοκοῖς συνάπτοντες.

95. Ἀμυστὶ πίνειν.] Λέγεται ἐπὶ τῶν ἀπνευστὶ καὶ ἄνευ τοῦ ἀναπαύεσθαι πινόντων, οἱονεὶ μηδὲ μυσάντων. Τοῦ αὐτοῦ ἔχεται, καὶ τό, Ἐξαμυστῆσαι.

96. Ἄμας ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας.] Ἐπὶ τῶν ἄλλα μὲν ἀπαιτούντων, ἄλλα δὲ μὴ ἔχειν ἀρνουμένων.

97. Ἁμαρτεῖν οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ.] Παρόσον οὐδ' ἅπαξ ἁμαρτεῖν δεῖ· οὐχ ὅτι ἐν τῷδε, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις.

98. Ἀμαθέστερον πῶς εἰπὲ καὶ σαφέστερον λέγε.] Ταύρου.

99. Ἀμνία θερίζειν.] Ἐπὶ τῶν χρόνῳ ὕστερον τιμωρουμένων. ὅταν γὰρ ἀμνία ᾖ, οὐκ ἀποκείρεται.

100. Ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.] Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων· εὐεργετηθέντων μὲν, ταχέως δὲ ἐπιλανθανομένων τῆς χάριτος.

CENTVRIA III.

1. L*ibethrijs indoctiora.*] De inerudítis & à Muſis alienis. Libethrium enim mons eſt Pieriæ, neque cantus neque poëtices notitiam habens.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Γ.

1. Ἀμουσότερα Λειβηθρίων.] Ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων. Λείβηθρον γὰρ ὄρος Πιερικὸν, οὔτε μέλους ἁπλῶς, οὔτε ποιήματος ἔννοιαν λαμβάνον.

2. Ἀμέ-

2. Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἐκ κακῶν εἰς ἀγαθὰ μεταβαινόντων.

3. Ἀμελοῦς γωνία.] Ἐπὶ τῶν ῥαθύμως καὶ ἀργῶς καθημένων. ἔστι γὰρ χωρίον Λιβύης ἐν ἀποκρύφῳ, Ἀμελοῦς γωνία, καλούμενον.

4. Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.] Τὸ Ἑλληνικὸν καὶ δίκαιον. συνήγετο δὲ ἐν Θερμοπύλαις· ὠνομάσθη δ' ἤτοι ἀπὸ Ἀμφικτύονος τοῦ Δευκαλίωνος, ὅτι αὐτὸς συνήγαγε τὰ ἔθνη βασιλεύων, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν ή. Ταῦτα δὲ ἦν δώδεκα· Ἴωνες, Δωριεῖς, Περραιβοὶ, Βοιωτοὶ, Μέδοντες, Ἀχαιοὶ, Φθιῶται, Μηλιεῖς, Δόλοπες, Αἰνιᾶνες, Δελφοὶ, Φωκεῖς· ἢ ἀπὸ τοῦ, περιοίκους εἶναι τῶν Δελφῶν τοὺς συναχθέντας, ὡς Ἀναξιμένης ἐν ά Ἑλληνικῶν.

5. Ἄμμον μετρεῖν.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

6. Ἄμμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.] Λακωνικὴ ἡ παραβολὴ, ἀντὶ τοῦ, ἡμεῖς ποτ' ἦμεν· τριῶν γὰρ χορῶν ὄντων κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας, καὶ συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν τῶν γερόντων, ἀρχόμενος τοῦτ' ἔλεγεν· ὁ δὲ τῶν νεωτέρων καὶ ἀκμαζόντων, Ἄμμες δέ γ' ἐσμὲν, αἰ δὲ λῇς, πεῖραν λάβε· ὁ δὲ τῶν νηπίων καὶ οὔπω ἀκμαζόντων, Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες.

7. Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.] Ταπεινούμενοι Ἀθηναῖοι τοῦτ' ἔλεγον.

8. Ἀμύνει ὡς ἔοικεν ἡ πάγη.] Ἐπὶ τῶν διὰ τῶν ἄλλων ἀπωλείας σωζομένων.

9. Ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος, πᾶσι ταύτην ἐδείκνυ.] Ἐπὶ τῶν εὐρόντων τύχῃ τινὰ, ὧν οὐκ ἦσαν ἄξιοι.

10. Ἁμαξιαῖα ῥήματα.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων λόγων καὶ κομπασμάτων.

2. *Meliora nancisci auspicia.*] De ijs, quibus in aduersis prospera succedunt.

3. *Ignaui angulus.*] De ijs, qui ignauè & otiosè desident. Est enim in interiori Libya locus hoc nomine vocitatus.

4. *Amphyctionius consessus.*] Græcus ille & iustus. Congregabatur autem ad Thermopylas. Ab Amphictyone porrò Deucalionis filio eiusmodi nomen sortitus, quòd posteaquam regnum & imperium obtinuisset, etiam populos, vt ait Theopompus, in vnum conuocauit & collegit: in quibus hi duodecim, Iones, Dorij, Perrhæbi, Bœotij, Medontes, Achæi, Pthiotæ, Melienses, Dolopes, Ænianes, Delphi, Phocenses. Aut denique quod ita coacti, vicini essent Delphis, vt placet Anaximeni in libro quem de rebus Græcanicis conscripsit.

5. *Arenam metiri.*] De factu impossibilibus.

6. *Nos olim fuimus strenui iuuenes.*] Laconicum prouerbium, pro eo ac si diceretur, ἡμεῖς. Tres enim diversi chori vel ordines cùm apud eos in publicis solemnitatibus haberentur, primus qui ex senibus maximè constabat, incipiens, illa dicebat. Deinde iuniorum & virile robur iam consecutorum, hæc erat cantilena: At nos tales modò: quod si lubet, experire. Adolescentiorum verò, neque adhuc adultorum, ista: At nos præstantiores futuri aliquando sumus.

7. *Semper superior annus melior sequenti.*] Athenienses, quando cum rebus minimè prosperis conflictarentur, hoc dicti vsurpare solebant.

8. *Laqueus vt videtur, auxiliatur.*] De ijs, quibus aliorum ruina, caussa salutis.

9. *Imperitus subligaculum circumamictus, omnibus illud ostentat.*] De ijs, qui quædam fortunæ beneficio, quorum planè sunt indigni, assequuntur.

10. *Plaustralia verba.*] Hoc est, Ingentes iactantiæ, & magnificæ ostentationes.

11. *Simul dictum, simul factum.*] De ijs, quæ citò & velociter perficiuntur.

12. *Simul da, simul accipe.*] Quando cum eo, cui fides alioquin habenda non est, negotij aliquid transigimus.

13. *Impudens & ferreus homo.*] De ijs, qui pudore omni amisso, mores & vitia sua nullatenus immutant aut corrigunt.

14. *Cũ viro potentiore ne cõmunica.*]

15. *Viri probi tyrannidem pulchrum est pati.*] Euripidis hæc est sententia.

16. *Pro eleganti medico malus poëta vocari mauult.*] In eos, qui peculiaribus suis artibus, quibus instructi, non contenti, ab ijs quorum ignari sunt, alienam, ementitam & adscititiam sibi gloriolam aucupantur. Periander enim quidam, medicus licet non esset inglorius in sua arte, imò in plerisque vel maximè laudatus, ieiuna & insulsa tamen, vt vel hinc celebrior fieret, poëmata conscribere non verebatur.

17. *Si amicos oderimus, quid faciemus ijs, qui nos oderunt?*] Ex apophthegmate.

18. *Viro malis afflicto amici sunt procul.*] De ijs, qui in rebus afflictis nullam in amicis suis opem inueniunt.

19. *Capillus seruilis.*] De stolidis. Plato: *Qui seruiles animo pilos habent, præ inscitia.*

20. *Statuam titillas.*] De ijs, quæ fieri non possunt.

21. *Ob merita ingrati vinxere Agamemnona Graij.*] In ingratos.

22. *Carbones thesaurus.*] De ijs, qui bona quidem sperant, malis interim afficiuntur, ab ipsismet vnde bonorum spes erat. Aut de ijs, qui spei suæ successu falluntur; vt Lucianus ait: *Pro thesauro mihi carbones exhibuisti.*

23. *Si multa iacias, aliud aliàs ieceris.*] De ijs, qui post multa ac varia verba seu facta, id quod quærebant semper assequũtur.

24. *Senis nates inspicere noli.*] In ho-

11. Ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον.] Ἐπὶ τῶν ὀξέως ἀνυομένων.

12. Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε.] Ὅταν πρὸς ἄπιστον συναλλάσσομεν.

13. Ἀναίσχυντος καὶ σιδηροῦς ἄνθρωπος.] Ἐπὶ τῶν ἀπηρυθριακότων καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν τοῦ προσώπου ποιουμένων.

14. Ἀνδρὸς μείζονος μὴ κοινώνει.] Παραινετικὴ ἡ παροιμία.

15. Ἀνδρὸς ὑπ' ἐσθλοῦ καὶ τυραννεῖσθαι καλόν.] Εὐριπίδου ἡ γνώμη.

16. Ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖ.] Ἐπὶ τῶν μὴ ταῖς ἰδίαις τέχναις ἀρκουμένων, ἀλλὰ καὶ παρ' ὧν οὐκ ἴσασι δόξαν ἐφελκομένων προσποίητον. Περίανδρος γάρ τις ἰατρὸς ἀξιόλογος κατὰ τέχνην ὢν καὶ ἐπαινούμενος ἐς τὰ μάλιστα, φαῦλα ποιήματα ἔγραφεν.

17. Ἂν τοὺς φίλους μισῶμεν, τί ποιήσομεν τοὺς μισοῦντας;] Ἐξ ἀποφθέγματος.

18. Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.] Ἐπὶ τῶν ἐν κακοῖς μηδεμίαν εὑρισκόντων παρὰ τοῖς φίλοις ὠφέλειαν.

19. Ἀνδραποδώδης θρίξ.] Ἐπὶ τῶν ἠλιθίων. Πλάτων· Ἔχοντας ἀνδραποδώδεις ἐπὶ τῆς ψυχῆς τρίχας ὑπ' ἀμουσίας.

20. Ἀνδριάντα γαργαλίζεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

21. Ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.] Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων.

22. Ἄνθρακες ὁ θησαυρός.] Ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων μὲν ἀγαθὰ, κακουμένων δὲ ἀφ' ὧν ἦν αὐτοῖς ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίς· ἢ ἐπὶ τῶν ἐφ' οἷς ἤλπισαν διαψευσθέντων, ὡς ὁ Λουκιανός· ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀπέφηνας.

23. Ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν λόγων ἢ ἔργων, ἐπιτυγχανόντων τοῦ ζητουμένου, ἢ τοῦ σκοποῦ.

24. Ἀνδρὸς γέροντος μήποτ' ἐς πυ-

γὴν

γὴν ὁρᾶν.] Ἐπὶ τῶν πρὸς ἔνια μὴ χρησίμων.

25. Ἄνθρωπος Εὔριπος.] Ἐπὶ τῶν ῥᾷστα μεταβαλλομένων καὶ ἀσταθμήτων ἀνθρώπων.

26. Ἀντρώνιος ὄνος. Καί· Ἀχαρνικοὶ ἵπποι.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνενεργήτων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ ὄνοι ἐν Ἄντρωνι, καὶ οἱ ἵπποι ἐν Ἀχαρναῖς, ὡς Φερεκράτης φησί.

27. Ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή.] Ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς πατρὶς ὁ ξύμπας κόσμος.

28. Ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.] Σοφοκλέους.

29. Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ κατόπισθεν ἀμείνων.] Τῆς Πυθίας ἡ γνώμη, ἣν εἴρηκε πρὸς Γλαῦκον τὸν Ἐπικυδίδην Σπαρτιάτην.

30. Ἀνέλπιστον βίον ζῇς.] Τὸν κάλλιστον εἰρήκασιν Ἀττικοί. ἐν ᾧ οὐκ εἰς ἐλπίδας ἐπτόηνται, ἀλλὰ πάρεστιν ἤδη τὰ ἀγαθά. οὕτω Πίνδαρος.

31. Ἄνω ποταμῶν, λείπει, χωροῦσι πηγαί.] Ἐπὶ τῶν ἐναντίων, καὶ ἀνάπαλιν ἢ ὡς δεῖ, λεγομένων καὶ γιγνομένων· ὡς ὅταν ὁ πόρνος τὸν σώφρονα λέγῃ πόρνον.

32. Ἀνερρίφθω κύβος.] Ἐπὶ τῶν ἀνελπίστως ἑαυτοὺς ἀπορριπτούντων ὑπό τινος βίας συνωθουμένων.

33. Ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃς.] Ὅτι οἱ βαρβάροις καὶ μοχθηροῖς συναναχρωννύμενοι, ὑποφέρονταί τι τῆς ἐκείνων φαυλότητος.

34. Ἀνίπτοις χερσίν.] Ἐπὶ τῶν βεβήλοις χερσὶν τὰ ἱερὰ μεταχειριζομένων.

35. Ἀναγυράσιος δαίμων.] Ὠμότατος ὁ Ἀναγυράσιος οὗτος.

36. Ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν, ἀλλ' αὐτὸς ἐλθὼν ἐπρίατο.] Ἐπὶ τῶν κακὰ ἑαυτοῖς ἐπισπωμένων. Κροῖσος γὰρ ἑαυτῷ πολέμιον ἐπεσπάσατο Κῦρον.

mines qui ad nonnulla prorſus ſunt inutiles.

25. *Homo Euripus.*] In homines lubricæ fidei, atque inconſtantes.

26. *Antronius aſinus.* Et: *Acharnici equi.*] In magnos, ſylueſtres, & ignauos. Tales enim in Antrone aſini, & equi in Acharnis, vt Pherecrates ait.

27. *Viro ſapienti omnis terra eſt calcabilis.*] Probæ enim & ingenuæ mentis patria eſt totus orbis.

28. *Nullum rebellione maius eſt malum.*] Sophocles.

29. *Stirps benè iurantis melior perſtabit in æuum.*] Sententia eſt Pythiæ, quam apud Thucydidem Glauco Spartiatæ dixit.

30. *Inſperatam vitam viuis.*] Sic optimam Attici vocabant; in qua non ex ſpe ſola pendebant, ſed bonis iam partis fruebantur. Sic Pindarus.

31. *Surſum verſus fluminum*, ſupple, *feruntur fontes.*] De ijs, quæ contrariò & aliter quam oportebat, dicuntur vel fiunt: vt ſi cinædus hominem continentem & temperantem cinædum appellet.

32. *Iacta ſit alea.*] De ijs, qui vi quapiam impulſi, ſe in res deſperatas & extremi periculi, conjiciunt.

33. *Si claudo cohabites, ſubclaudicare diſces.*] Quia qui ſceleratorum & improborum familiaritate vtuntur, & ipſi ſibi aliquid improbitatis & nequitiæ ex iſtis contrahunt.

34. *Illotis manibus.*] De ijs, qui ſacra manibus impuris & ſacrilegis tractant.

35. *Anagyraſius genius.*] Crudeliſſimus fuit Anagyraſius ille.

36. *Viro Lydo non erant negotia, ſed ipſe veniens ſibi coëmit.*] De ijs, qui ſibimet ipſis mala accerſunt. Crœſus enim ſua ſibi culpa Cyrum hoſtem attraxit.

37. *Non conuenit in luctu Geometria.*] In eos, qui quæ minimè conueniunt faciunt.

38. *Ambabus hauri.*] De ijs, qui studiosè aliquid faciunt. Similis isti: *Omnem rudentem moues.*

39. *Ciconiari.*] Hoc est: Referre gratias. Dicuntur enim ciconiæ parentes suos, vbi senuerunt, alere: quod Aristoteles verum esse confirmat; geminaque cum ipsis facere *ἀερόποδας* affirmat. Vnde quoque fit, vt in sceptris supernè quidem ciconia efformetur; infernè verò hippopotamus: vt significetur, violentiam Iustitiæ subiectam esse. Nam ciconiæ quidem iustè agunt, & parentes senio confectos in alis portant. hippopotamus verò animal est iniustissimum.

40. *Cum sis homo, vitæ tenore lapsus es.*] Monstri instar habendum est, si quis totam vitam feliciter transigat.

41. *Insomniorum somnolentus auctor est.*] Somnus enim visorum mysta est, non rerum.

42. *Fortuna ni iuuet, vt proverbio dicitur, Solus labor fit irritus mortalibus.*] Euripidis sententia.

43. *Currus subuertis.*] De tumultu & tempestate dicitur.

44. *Antiopæ luctus.*] De ijs, qui cùm diu iniustè mala pertulerint, liberationem tandem ab illis consequuntur. Antiope filia fuit Nyctei, quam cùm quidam ciuium constuprasset, eam pater fratri puniendam misit. Qui postquam eam prægnantem deprehendisset, fortunam eius fuit miseratus. Illa autem peperit Zethum & Amphiona, quos patruus in monte quodam exposuit. Cumque vxor eius Dirce suspicaretur, virum suum Lycum Antiopen amare; illam in montem quendam abductam, & tauri collo reuinctam, si-

Ἀνοίκειον ἐν τῷ πένθει γεωμετρία.] Ἐπὶ τῶν τὰ μὴ προσήκοντα ποιούντων.

38. Ἄντλει ἀμφοτέροις.] Ἐπὶ τῶν σπουδῇ τι ποιούντων, ὁμοία τῇ· Πάντα κάλων κινεῖς.

39. Ἀντιπελαργεῖν.] Ἀντιδιδόναι χάριτας. λέγεται γὰρ τοὺς πελαργοὺς γεγηρακότας τοὺς γονεῖς τρέφειν. Ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ, τὸν περὶ τῶν πελαργῶν λόγον ἀληθῆ· ὁμοίως δὲ αὐτοῖς φησὶ ποιεῖν καὶ τοὺς ἀερόποδας. διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἀνωτέρω μὲν πελαργὸν τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ἱπποπόταμον· δηλοῦντες ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ. Οἱ γὰρ πελαργοὶ, δικαιοπραγεῖς ὄντες, ἐπὶ τῶν πτερύγων βαστάζουσι τοὺς γεγηρακότας· ὁ δὲ ἱπποπόταμός ἐστι ζῶον ἀδικώτατον.

40. Ἄνθρωπος ὢν ἔπταικας, ἐν δὲ τῷ βίῳ.] Τέρας ἐστὶν, εἴ τις εὐτύχηκε διὰ βίου.

41. Ἀνὴρ ὑπνώδης εὑρετὴς ὀνειράτων.] Μύστης γὰρ ὕπνος φασμάτων οὐ πραγμάτων.

42. Ἄνευ τύχης γὰρ, ὥσπερ ἡ παροιμία, Πόνος μονωθεὶς οὐκ ἔτ' ἀλγυνεῖ βροτούς.] Εὐριπίδου ἡ γνώμη.

43. Ἀνακυμβαλίζεις τοὺς δίφρους.] Ἐπὶ ταραχῆς καὶ ζάλης λέγεται.

44. Ἀντιόπης θρῆνος.] Ἐπὶ τῶν ἀδίκως παθόντων, εἶτα τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς τυχόντων. Ἀντιόπη θυγάτηρ Νυκτέως, ἣν ἔφθειρέ τις τῶν πολιτῶν· ὁ δὲ πατὴρ πέμπει τῷ ἀδελφῷ κολάσαι. ὁ δὲ, ἔγκυον αὐτὴν θεασάμενος, ᾤκτειρεν· ἡ δὲ, γεννᾷ Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα, οὓς εἰς ὄρος ἔρριψεν ὁ θεῖος· εἶχε δὲ γυναῖκα ὄνομα Δίρκην· ἥτις ὑπονοήσασα τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα Λύκον, φιλεῖν τὴν Ἀντιόπην, ἀνάγει αὐτὴν εἰς ὄρος, καὶ δήσασα αὐτὴν ἀπὸ τραχή-

τραχήλου ταύρου, καὶ ἀνάψασα δᾶδας, ἀπὸ τῶν αὐτοῦ κεράτων, ἔμελλεν αὐτὴν ἀπολύειν· ἡ δὲ ἐθρήνει, καὶ θορύβου γενομένου, ἠθροίσθη πλῆθος γεωργῶν, σὺν οἷς καὶ Ἀμφίων· καὶ γνωρίσαντες τὴν μητέρα αὐτῶν, ἐρρύσαντο αὐτήν· τὴν δὲ Δίρκην τῇ προκειμένῃ παρέδωκαν τιμωρίᾳ. Ζῆθος καὶ Ἀμφίων κτίζουσι Θήβας καὶ βασιλεύουσι, καὶ τούτων οἱ ἀπόγονοι, μέχρι Λαΐου καὶ Ἰοκάστου τοῦ μετακληθέντος Οἰδίποδος.

45. Ἀναμὶξ ἀγκύλων ἱππόται.] Ἐπὶ τῶν μὴ κωλυομένων ποιεῖν τινὰ ἀγαθὰ, ὑπὸ γραμμάτων ἀγκύλων καὶ σκολιῶν· οἱ δὲ ἄγκυλοι γένος φάλαγγος πεζικῆς, τῆς ἱππικῆς προμαχόμενοι.

46. Ἂν οἶνον αἰτῇ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου.] Ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ μὲν αἰτούντων, κακὰ δὲ ἀντιλαμβανόντων· ἡ δὲ ἱστορία ἀπὸ τοῦ Κύκλωπος.

47. Ἀνέμους γεωργεῖν.] Πρὸς τοὺς πονοῦντας, καὶ μηδενὸς μεταλαγχάνοντας.

Ἄνους ὁ μακρὸς, κατὰ τὴν παροιμίαν,
Εὔνους ὁ μακρὸς, λῆρος, ἡ παροιμία.

48. Ἀνδρὸς γέροντος ἀσθενὲς τὸ κρανίον.] Ἐπὶ τῶν εἰς μηδὲν χρησιμευόντων· πᾶν γὰρ τὸ σῶμα τοῦ γέροντος ἀσθενές.

49. Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται.] Ὁμοία τῇ, Τῇ ἀνάγκῃ χρὴ πείθεσθαι.

50. Ἂν μὴ παρῇ κρέας, ταρίχῳ στερκτέον.] Παρεγγυᾷ, ὅτι δεῖ τοῖς παροῦσιν ἀρκεῖσθαι.

51. Ἀντὶ πέρκης σκορπίον.] Ἐπὶ τῶν τὰ χείρω ἀντὶ βελτιόνων αἱρουμένων.

52. Ἀνδρὸς γέροντος οἱ γνάθοι βακτηρία.] Ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ γῆρας πολλὰ ἐσθιόντων.

53. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ δαιμόνιον.] Ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ὑπ' ἀνθρώπου σωζομένων.

musque facibus & tædis de tauri cornibus suspensis, necare atque perimere statuebat. Quæ quia eiulatu suo & planctu miserabili magnum tumultum excitaret, eoque audito ingens agricolarum numerus conuenisset, agnitaque à filijs suis Zetho & Amphione fuisset, ab ijs liberata fuit: qui Dircen eodem supplicij genere, quod in matrem ipsorum constituerat, affecerunt. Porrò Zethus & Amphion Thebas condiderunt, vbi ipsi quoque, & eorum post illos posteri regnarunt, ad Laium vsque & Iocastum, qui Oedipus est cognominatus.

45. *Equites phalangi permisti.*] De ijs, qui non præpediuntur recte quæpiam facere propter epistolas obliquas ac tortuosas. ἀγκύλοι autem genus phalangis pedestris, quod equitatui propugnabat.

46. *Pugnum, petenti vina, mox impingito.*] De ijs, qui bona petunt, mala verò recipiunt. Historia à Cyclope orta.

47. *Ventos colere.*] De ijs, qui è suis laboribus nihil emolumenti capiunt.

Amens procerus vt canit paræmia,
Catus procerus: nugæ sunt, paræmia.

48. *Viri senis infirmum est cranium.*] In illos qui nulli planè rei vtiles sunt; quandoquidem totum senis corpus debile sit atque imbecillum.

49. *Necessitati nec dij repugnant.*] Similis isti: *Necessitati parere oportet.*

50. *Si caro non adsit, salsamentum adhibendum.*] Monet Prouerbiũ, quæcumque adsunt, ijs nos contentos esse debere.

51. *Pro perca scorpium.*] De ijs, qui deteriora loco meliorum eligunt.

52. *Maxillæ, ad instar scipionis sunt seni.*] De ijs, qui in senectute multùm edaces sunt.

53. *Homo homini Deus.*] De ijs, qui præter omnem opinionem aut expectationem ab homine quopiam seruati sunt.

54. *Si passer in palos.*] In illos dictum, qui in ijs, quæ faciũt, se latere posse putant.

55. *Vir qui fugit, lyræ sonitum haud moratur.*] In illos, quibus celeriter atque extemplò quid faciendum incumbit.

56. *Ventum reti venaris.*] De factu impossibilibus.

57. *Venti campus.*] De inconstantibus & leuibus.

58. *Absque baculo ne ingreditor.*] De Cleomene dicitur: qui cùm esset miles Atheniensis, præter cætera mala etiam insaniam simulabat. Cumque ciuibus sese suis inuisum esse sciret, baculum gestans obambulabat, quo qui sese adorirentur, propulsaret.

59. *Insipiens pullus vltrò suum nidum ostendit.*]

60. *Homo Euripus: fortuna Euripus: mens Euripus.*] Omnia hæc dicuntur de inconstantibus & citò variantibus.

61. *Vltroneum stultitia hominibus malum est.*]

62. *Pariorum more agebant.*] In eos, qui facile cuiuspiam rei pœnitentiâ ducuntur. Parij enim cùm pacti fuissent Atheniensibus vrbem tradere, postea illos pœnituit.

63. *Illotis pedibus cœnaculum conscendit.*] In eos, qui imperitè ad rem quampiam gerendam se accingunt.

64. *Incruentum trophæum statuit.*] De ijs, qui sine periculis aut cædibus rem quampiam magnam dextrè confecerunt.

65. *Pro mala cane suem postulas.*] De ijs, qui bona pro malis reddunt.

66. *Apertæ Musarum fores.*] De ijs, qui promptè & alacriter suaque sponte, præstantissima in quaque disciplina assequuntur.

67. *Si leonina pellis non sufficit, vulpinam adsume.*] Sensus est: Si dum palam te vlcisci vis, nihil efficis, fraudibus & fallacijs vtore.

54. Ἂν στρουθὸς εἰς χάρακας.] Πρὸς τοὺς οἰομένους λανθάνειν ἐν οἷς πράττουσι.

55. Ἀνὴρ φεύγων οὐ μένει λύρας κτύπον.] Ἐπὶ τῶν ταχέως καὶ ὀξέως ὀφειλόντων ἕκαστα πράττειν.

56. Ἄνεμον δικτύῳ θηρᾷς.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

57. Ἀνέμου πεδίον.] Ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων καὶ κούφων.

58. Ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε.] Περὶ Κλεομένους λέγεται· ὃς στρατιώτης ὢν Ἀθηναῖος, προσεποιεῖτο πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ μανίαν· εἰδὼς ὅτι μισεῖται παρὰ τῶν πολιτῶν. διὸ καὶ βακτηρίαν ἔχων περιῄει, δι' ἧς ἠμύνετο τοὺς ὑπερχομένους αὐτῷ.

59. Ἀνόητος νεοττὸς ἑκὼν δείκνυσι τὴν αὐτοῦ νοσσιάν.]

60. Ἄνθρωπος Εὔριπος· τύχη Εὔριπος· διάνοια Εὔριπος.] Ταῦτα ἐπὶ τῶν παλιμβόλων.

61. Ἄνοια θνητοῖς δυστύχημα αὐθαίρετον.]

62. Ἀνεπαρίασαν.] Ἐπὶ τῶν μεταγινωσκόντων ἐπί τινι. οἱ γὰρ Πάριοι ὁμολογήσαντες παραδώσειν Ἀθηναίοις τὴν πόλιν, ὕστερον μετέγνωσαν.

63. Ἀνίπτοις ποσὶν ἀναβαίνει ἐπὶ τὸ πύργον.] Ἐπὶ τῶν ἀμαθῶς ἐπί τινα ἔργα ἐρχομένων.

64. Ἀναίμακτον ἔστησε τρόπαιον.] Ἐπὶ τῶν ἄνευ κινδύνων καὶ φόνων μέγα τι κατωρθωκότων.

65. Ἀντὶ κακῆς κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς.] Ἐπὶ τῶν καλὰ ἀντὶ κακῶν ἀποδιδόντων.

66. Ἀνεῳγμέναι Μουσῶν θύραι.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ἑτοίμου λαμβανόντων τὰ κάλλιστα ἐπὶ τῇ παιδείᾳ.

67. Ἂν μὴ λεοντῆ ἐξικνῆται, τὴν ἀλωπεκῆν πρόσαψον.] Ὁ νοῦς· Ἂν μὴ φανερῶς ἀμυνόμενος ἐπιτύχῃς, πανουργίᾳ χρῆσθαι.

68. Ἄξιος

68. Ἄξιος τριχός.] Ἐπὶ τοῦ εὐτελοῦς καὶ τοῦ τυχόντος.

69. Ἄξιος τοῦ παντός.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα τιμίων.

70. Ἄξιος εἶ τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος.] Ἐπὶ τῶν εὐγενῶν καὶ εὐδαιμόνων· οἱ γὰρ ἐν Ἄργει ἀνύβριστοι παῖδες καὶ καθαροὶ, κατὰ νόμιμον παλαιὸν τὰς ἀσπίδας φέροντες πομπεύουσιν.

71. Ἀξία ἡ κύων τοῦ θρόνου.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν τινὸς τυγχανόντων.

72. Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός.] Ἐπὶ τῶν εἰς κάλλος ἠσκημένων.

73. Ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως.] Οὗτος ὁ Φιλωνίδης οὐ μόνον μέγας ἦν, ἀλλὰ καὶ ἀμαθὴς καὶ ὑώδης· κωμῳδεῖ δὲ αὐτὸν Ἀριστοφάνης, ὡς παρασίτους ἔχοντα, καὶ διὰ τὸν Λαΐδος ἔρωτα. κωμῳδεῖται δὲ, ὡς συώδης ἐν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ.

74. Ἀπιὼν εἰς Ἀπατούρια, ἐπανήκες εἰς Θαργηλιῶνα.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν βραδυνόντων. Ἀπατούρια δὲ ἦν ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν ἦγον ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. ἐκάλουν δὲ τὴν μὲν πρώτην Δορπίαν, ἐπειδὴ φράτορες ὀψίας συνελθόντες εὐωχοῦντο· τὴν δὲ δευτέραν, Ἀνάρρυσιν, ἀπὸ τοῦ θύειν· ἔθυον δὲ Διῒ Φρατρίῳ καὶ Ἀθηνᾷ· τὴν δὲ τρίτην Κουρεῶτιν, ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους καὶ τὰς κόρας ἐγγράφειν εἰς τὰς φρατρίας· ἡ δὲ αἰτία· πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς, περὶ Μελαίνων (ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις) Ξάνθιος δὲ Βοιωτὸς προσεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην· οὐ δεξαμένου δὲ, Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος γένος, ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως, ὑπέστη ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. Μονομαχούντων δὲ, ἐφάνη τῷ Μελάνθῳ τις ὄπισθεν τοῦ Ξανθίου, τραγένην ἐνημμένος μέλαιναν. ἔφη οὖν αὐτὸν ἀδικεῖν δεύτερον ἥκοντα· ὁ δὲ, ἀπεστράφη· ὁ δὲ, παίσας ἀποκτείνει αὐτόν.

68. *Dignus pilo.*] De vili & vulgari.

69. *Re quauis dignus.*] De valdè honestis.

70. *Dignus es Argiuo clypeo.*] De valdè generosis ac fortunatis. Argiui enim pueri sine iniuriæ alicuius labe & puri conseruati, veteri ac solenni more clypeos ferentes, pompam agebant.

71. *Digna canis sede.*] De ijs, qui præter meritum quippiam consequuntur.

72. *Digna merces quã quis accipiat.*] De ijs, qui ad rẽ honestam sunt exercitati.

73. *Indoctior Philonide Melitei filio.*] Philonides ille non solùm magnus, sed & indoctus planè ac stupidus fuit. Ludit in ipsum comico sale Aristophanes, tamquam parasitos habentem, & quòd Laidis amore deperierit, ac velut porcinus inter suos sodales habitus fuerit.

74. *In Apaturia profectus redijsti ad Thargeliona.*] De ijs, qui longas in re quapiam moras trahunt. Apaturia autem festum erat quoddam Athenis, quod agebant per triduum. Primam autem diem vocabat Δορπίαν, quòd tribules sub noctem conuenientes, vnà conuiuium agitarent. Secundam autem Ἀνάρρυσιν, à sacrificando: sacrificabant autem Ioui Phratrio & Mineruæ. Tertiam denique Κουρεῶτιν, eo quòd iuuenes & puellæ tribubus adscriberẽtur. Causa huius rei hæc fuit: Bellum erat Atheniensibus aduersum Bœotos de Melænis (locus ille erat in cõfinijs.) Xanthius autem Bœotus ad certamen prouocauit Thumæten, regem Atheniensium: quo pugnam detrectante, Melanthus Messenius, genus à Periclymeno Nelei filio ducens, qui id temporis fortè fortuna ibi peregrinus agebat, eius loco ad regnum euectus est. Cumq; duello inter se decertarent, apparuit Melantho quidam à tergo Xanthij, nigram pellem caprinam indutus: quo viso, iniustè illum facere aiebat, quod adiuncto altero contra se veniret. Cumq; ille sese conuerteret, hic illũ cedens interfecit.

Hinc

Hinc festum Apaturiorum, & Bacchi Μελαναιγίδος aram exstruxerunt. Θαργηλιὼν autem mensis est apud Athenienses, in quo celebratur festum Apollinis & Dianæ, Thargelia dictum: in quo primitias fructuum, qui apparuerāt, Deo elixabant. Constituebantur autem in illo festo chori & certamina, ab ijs, qui Thargelia celebrabant. Ephorus autem libro secundo ait, Apaturia propter fraudem in finibus diuidundis commissam ita fuisse appellata. Quum enim Athenienses contra Bœotios bellum gererent ob Melaniæ tractum, Melanthus Rex Atheniensium Xanthum Thebæū suscepto singulari certamine, per fraudem & imposturam interfecit.

75. *Echini spiritus retentio.*] De ijs, qui se mortuos esse simulant. Terrestris enim echinus, cùm iam se capiendum videt, seipsum conuoluens, ita conformat, vt capi omninò nequeat: deinde quoque spiritum comprimit, prorsusq; immobilis iacens, mortuum se esse fingit.

76. *Hæsitatio psaltæ, tussis.*] De ijs, qui aliquid se facere non posse fingunt, propter quidpiam quod facultatem adimat, illis obiectum.

77. *E pulchro ligno vel suspendi præstat.*] Sententia Parœmiæ hæc est: Potiùs adhibendos esse strenuos militiæ duces & generosos, quàm ignauos & negligentes. Nam si aduersi quid tolerādum sit, à bono quam à malo id perpeti satius est.

78. *Bonis omnia congruunt.*] Clara satis hæc est Parœmia.

79. *Delicati calidis balneis, molles blandis lectulis.*] In eos, qui luxu, mollicie, & delitijs diffluunt.

80. *Vir est syluestris.*] Per translationem dictum ἀπὸ πιθρίων, quæ sterilia & syluestria olera sunt.

81. *Exiles habes nates.*] Æquale est huic, *nauticus es.* Apogluti vel maximè Athenienses vocantur, propter conti-

ἐκ δὲ τούτου ἥτε ἑορτὴ Ἀπατούρια, καὶ Διονύσου Μελαναιγίδος βωμὸν ἐδομήσαντο· ὁ δὲ Θαργηλιὼν ἐστὶ μὴν Ἀθηναῖος, καθ᾽ ὃν καὶ ἑορτὴ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, Θαργήλια λεγομένη· ἐν ᾗ ἧψουν ἀπαρχὰς τῷ θεῷ τῶν πεφυκότων καρπῶν· ἵσταντο δὲ ἐν αὐτῇ καὶ χοροὶ καὶ ἀγὼν παρὰ ποιουμένων Θαργήλια. Ἔφορος δὲ ἐν δευτέρῳ φησὶν, ὡς διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ὁρίων ἀπάτην γενομένην ἐκλήθη. πολεμούντων γὰρ Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς ὑπὲρ τῆς Μελανίας χώρας, Μέλανθος ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς, Ξάνθον τὸν Θηβαῖον μονομαχῶν ἀπατήσας ἀπέκτεινεν.

75. Ἄπνοια ἐχίνου.] Ἐπὶ τῶν προσποιουμένων τεθνᾶναι. Ὁ γὰρ χερσαῖος ἐχῖνος μέλλων ἁλίσκεσθαι, ἑαυτὸν συνειλήσας, ἄληπτον ἐργάζεται· εἶτα μέν τοι καὶ πιέζει τὸ πνεῦμα, καὶ ἀκίνητος ἀτρεμεῖ, καὶ τὸν τεθνεῶτα ὑποκρίνεται.

76. Ἀπορία ψάλτου, βήξ.] Ἐπὶ τῶν προσχηματιζομένων τι, ἀδυνασία.

77. Ἀπὸ καλοῦ ξύλου κᾂν ἀπάγξασθαι.] Θέλει οὖν λέγειν· βέλτιόν ἐστι χρῆσθαι τοῖς γενναίοις στρατηγοῖς καὶ διεδοκιμασμένοις, ἢ τοῖς φαύλοις. Κᾂν γὰρ δέῃ παθεῖν, κρεῖττον ἀπὸ ἀγαθοῦ ἢ φαύλου πάσχειν.

78. Ἅπαντα τοῖς καλοῖς ἀνδράσι πρέπει.] Δήλη.

79. Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακανίαις.] Ἐπὶ τῶν τρυφῆς ὑπὸ καὶ ἁβρότητος διαῤῥεόντων.

80. Ἀποπιθριωμένος ἀνήρ.] Ἤτοι ἀπηγριωμένος. εἴρηται δὲ κατὰ μεταφορὰν τὴν, ἀπὸ πιθρίων, ἅπερ ἐστὶν ἄγονα ἄγρια λάχανα.

81. Ἀπόγλουτος ὑπάρχεις.] Ἀντὶ τοῦ ναυτικός. Ἀπόγλουτοι κυρίως ἐκαλοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἕνεκα τῆς ἐν τῷ κωπηλα-

πλατεῖν συνεχῶς καθέδρας· οἱ δὲ, διὰ τὸ, Θησέα μετὰ Πειρίθου καταβαίνοντα εἰς ᾅδου, καὶ πρός τινα πέτραν ὑπὸ Περσεφόνης ἐπικαθεσθέντα σὺν τῷ Πειρίθῳ, Ἡρακλέους ἐπὶ τὸν Κέρβερον κατελθόντος, παρὰ τῆς θεοῦ τε αὐτὸν ἐξαιτουμένου, καὶ τῆς πέτρας ἀποσπῶντος, ἐγκαταλειφθῆναι τὸ προσηνωμένον αὐτῇ τῶν γλουτῶν μέρος. διὸ καὶ εἰς τιμὴν ἐκείνου καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀθηναίους οὕτως ἐπωνομάζεσθαι.

82. Ἀπ' ἀκροφυσίων λόγους ἐνδείκνυναι.] Οἱονεὶ καινοὺς καὶ νεοποιήτους. Ἀριστοφάνης· Ῥήματά τε κομψὰ καὶ παίγνια ἐπιδείκνυναι πάντα ἀπ' ἀκροφυσίων τῶν ἀπὸ κινναβευμάτων· λέγει γὰρ διὰ μὲν τὰ ἀπ' ἀκροφυσίων καινῶς εἰργασμένα, καὶ οἷον ἐκ πυρός. διὰ δὲ τοῦ ἀπὸ κινναβευμάτων, οἷον καινῶς πεπλασμένα καὶ διάθεσιν ἔχοντα. Κίνναβος γὰρ τὸ εἴδωλον πρὸς ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες. Ἔστι δὲ εἴδωλον, σκιῶδες ὁμοίωμα, ἡ φαντασία σώματος ἀεροειδής τε σκιά. Ὡς δὲ Βακχυλίδης· Μελαμβαφὲς εἴδωλον ἀνδρὸς Ἰθακησίου. Καὶ ὁ ποιητής, Ἀντικλείας· τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον, αὐτὸς δὲ, ἡ ὑπόστασις ἡ ἀληθής.

83. Ἀπορρὼξ Ἐριννύων.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν τιμωρούντων.

84. Ἀπόλογος Ἀλκίνου.] Ἐπὶ τῶν φλυαροὺς καὶ μακροὺς ἐπιτεινόντων λόγους.

85. Ἀπίδων πανδαισία.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν τρυφηλῶν. Ἄπιδες δὲ θεοὶ ἦσαν Αἰγύπτιοι, τιμώμενοι παρ' αὐτοῖς, σημεῖον ἔχοντες παρὰ τὴν οὐρὰν καὶ τὴν γλῶτταν, δηλοῦν εἶναι αὐτοὺς Ἄπιδας, οἷς γενομένοις διὰ χρόνου, ὡς ἔλεγον, ἐκ τοῦ σέλαος τῆς Σεληνίδος ἑορτὴν ἦγον μεγάλην· καὶ ἱερεῖς τινὲς παρὰ τὸ τεχθέντα βοῦν ἱερῶντο παραθέντες πανδαισίαν, ὡς εὐωχοῦντες αὐτούς.

nuam ſeſſionem in remigando. Alij ab eo, quod cùm Theſeus cũ Pirithoo ad inferos deſcendiſſet, & à Proſerpina in petra quadam ſeſſum collocatus cum Pirithoo fuiſſet; Hercule ad Cerberum deſcendente, ipſumque à Dea petente, & à petra auellente illum, natium illam partem, quæ ad petram adhæſerat, in ea reliquiſſet. Vnde factum, vt in illius honorem reliqui Athenienſes ita appellarentur.

82. *Ex follium roſtris ſermones oſtendere.*] Nouos ſcilicet, recenſque confectos. Ariſtophanes: Verba exornata & tota ioco plena oſtendere à follium roſtris, quæ è Cinnabeumatis. Nam per follium roſtra, recens facta, & tamquam ex igne adhuc calida; per id autem quòd ait à Cinnabeumatis, velut recens conficta, & habitum ſuum formamque habentia intelligit. Κίνναβος enim idolum ſeu ſtatua quædam erat, ſecundùm quam plaſtæ & pictoris opera ſua efformant. Idolum verò dicitur rei cuiuſpiam ſimilitudo, ſeu corporis repræſentatio, & aëtea ſaltem vmbra. Qua ratione quoque ait Bacchylides: *Nigro colore tinctum ſimulacrum viri Ithaceſij.* Et Poëta de Anticlea: *Ter comprenſa manus vmbræ inſtar fugit*: ipſe verò Poëta, res per ſe ſtabilis ac vera.

83. *Furiarum propago.*] De ijs, qui grauiter puniunt.

84. *Apologus Alcini.*] De ijs, qui ſermones ineptos, eoſque prolixiores contexunt.

85. *Apidum cœna dubia.*] De rebus valdè delicatis. Apides porro dij erant, apud Ægyptios in honore habiti, qui ſignum habebant in cauda & lingua, quo conſtabat, illos Apides eſſe. Quibus ſubinde ex Lunæ lumine, vt fabulantur, naſcentibus, ingens feſtum agitabant: & ſacerdotes quidam apud natum ſic bouem ſacrificabant, cœnam omni genere apparatus refertam apponentes, quaſi conuiuio ipſos ita excipientes.

 86. *E ma-*

86. *E machina Deus apparuisti.*] De ijs, qui præter expectationem in salutem & commodum cuiuspiam adueniunt. In tragœdijs enim Dij ex occulto in scenis apparebant.

87. *Sors vna cunctis, vel pulchræ Rhodopidi.*[Significat, omnes mortales æquè casibus esse obnoxios.

88. *Omnes suas facultates indutus est.*] De ijs, qui nihil quidquam possident, præter vestes, quibus sunt induti.

89. *Apostolicam agis vitam.*] De ijs, qui per virtutis tramitem incedẽtes, vitam suam adeò, vt Deo vel maximè inueniantur probati, instituunt. Vita autem illa potissimùm hæc est, videlicet: oculorum exacta custodia, linguæ continentia, corporis in seruitutem subactio, sensus humilis, puritas cogitationis, iracundiæ abolitio, vt malo affectus consentias, verberatus adjicias, defraudatus ne judicio contendas, odio habitus vt ames, vexatus fufferas, maledictis impetitus consolêre, peccato moriare, Christo crucifigare, omnemque dilectionem tuam in solo Domino Deo colloces.

90. *Suauia cuncta, præter se ipsam, facit fames.*] *Morum magistra quippe est penuria.*

91. *Quæ vultures.*] Nempe, facis. In eos, qui proper hæreditatem, aut aliud omnino lucrum, aliquibus continuò assident; quòd vultures cadaueribus frequentes assideant.

92. *Insatiabile est ex omni re lucrum.*] Apophthegma Pittaci.

93. *Rumpetur tensus funiculus.*] De ijs, qui vi quippiam & necessitate coacti faciunt. Lucianus: *Videas oportet, ne iuxta vulgare prouerbium, funiculum distendentes rumpamus.*

94. *A linea.*] Hoc est, A principio. Translatum à cursorum linea, quam carcerem, seu repagula, appellabant.

86. Ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπεφάνης.] Ἐπὶ τῶν ἀπροσδοκήτως ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τινὶ ἀναφαινομένων. Ἐν γὰρ ταῖς τραγῳδίαις ἐξ ἀφανῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐφαίνοντο.

87. Ἅπανθ᾽ ὅμοια καὶ Ῥοδῶπις ἡ καλή.] Σημαίνει ὅτι ταῖς τύχαις ὁμοίως ὑποπεπτώκασιν οἱ θνητοί.

88. Ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίεσται.] Ἐπὶ τῶν μηδ᾽ ὁτιοῦν ἄλλο κεκτημένων, ἢ ὅπερ ἀμπίσχονται.

89. Ἀποστολικὴν διάγεις πολιτείαν.] Ἐπὶ τῶν ἐναρέτως καὶ θεαρέστως βιούντων. Ἔστι δὲ αὕτη· ὀφθαλμῶν ἀκρίβεια, γλώσσης ἐγκράτεια, σώματος δουλαγωγία, φρόνημα ταπεινὸν, ἐννοίας καθαρότης, ὀργῆς ἀφανισμὸς, ἀγγαρευόμενος προστίθει, ἀποστερούμενος μὴ δικάζου, μισούμενος ἀγάπα, βιαζόμενος ἀνέχου, βλασφημούμενος παρακάλει, νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ, σταυρώθητι τῷ Χριστῷ, ὅλην τὴν ἀγάπην μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον.

90. Ἅπαντα ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ.] Πενία γάρ ἐστιν ἡ τρόπων διδάσκαλος.

91. Ἅπερ οἱ γύπες.] Λείπει τὸ, ποιεῖς. Ἐπὶ τῶν διὰ κληρονομίαν, ἢ ὅλως κέρδος οἱονοῦν παρεδρευόντων τισίν. οἱ γὰρ γύπες τοῖς θνησιμαίοις παρεδρεύουσι.

92. Ἄπληστον τὸ διὰ παντὸς κέρδος.] Ἀπόφθεγμα Πιττακοῦ.

93. Ἀποῤῥαγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον.] Ἐπὶ τῶν βίᾳ τι καὶ ἀνάγκῃ ποιούντων. καὶ Λουκιανός· Ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποῤῥήξωμεν διατείνοντες τὸ καλώδιον.

94. Ἀπὸ γραμμῆς.] Οἷον, Ἀπ᾽ ἀρχῆς. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς τῶν δρομέων γραμμῆς, ἣν ἄφεσιν καὶ βαλβίδα καλοῦσιν.

95. Ἀπό-

95. Ἀπόλεμος.] Τίθεται ἐπὶ τῶν μηδεμίαν πρόφασιν ἐχόντων πολέμου, δρασάντων δὲ τὰ πολεμίων.

96. Ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι.] Ἐπὶ τῶν ἐν ἐσχάτῳ κινδυνευόντων.

97. Ἀποφράδες ἡμέραι.] Αἱ ἀνεπιτήδειοι πρὸς πράξεις· ἐν αἷς καὶ τοῖς κατοιχομένοις χοὰς ἐπέφερον. Ταύτας οἱ παλαιοὶ ἐπεκάδας καλοῦσι φθίνοντος τοῦ μηνὸς * τετράσι. * δέ φασι τὰς ἡμέρας, ἐν αἷς τὰς φονικὰς δίκας ἐδίκαζον, διὰ τὸ οἷον ἀποφράττεσθαι τὸ τῆς Σελήνης φῶς ἐν αὐταῖς· καὶ τοὺς πονηροὺς δὲ ἀποφράδας ἐκάλουν.

98. Ἀπὸ λύκου θήρας.] Ἐπὶ τῶν ἀπράκτως εὐθὺς ἀπιόντων· οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν ἀπηνῶν καὶ ἀγρίων.

99. Ἁπλοῦν θύλακον πατεῖ.] Ἐπὶ τῶν εὐκαταφρονήτων.

100. Ἄπλυτον πώγων' ἔχεις.] Σκώπτων εἶπέ τις.

95. *Sine bello.*] De ijs dicitur, qui cùm nullam belli causam habeant, hostilia tamen perpetrant.

96. *Vitam è tenui filo pendere.*] De ijs, qui in extremis periculis versantur.

97. *Nefasti dies.*] Tales dicuntur, qui ad agendum inepti: per quos etiam defunctis inferias faciebant. Hos veteres ἐπεκάδας vocant, nempe decrescentis mensis quartum, tertium, secundum. Ita autem dies illos nuncupabant (quibus etiam homicidij causas iudicabant) quod Lunæ in illis diebus lumen velut obturaretur. Quin & homines improbos ἀποφράδας, hoc est nefarios, appellabant.

98. *A lupi venatu.*] De ijs, qui re infecta se protinus subducunt. Siue, vt alij, de crudelibus & agrestibus.

99. *Simplicem culeum calcat.*] De rebus aut hominibus contemptibilibus, aut exigui valoris.

100. *Illotam barbam habes.*] Per irrisum quidam dixit.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Δ.

1. Ἀπ' ὄνου καταπεσών.] Ἀπὸ τῶν ἱππικῇ ἐπιχειρούντων, μὴ δυναμένων δὲ μηδὲ ὄνοις χρῆσθαι· Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· τί δῆτα ληρεῖς, ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών; Ὁ δὲ Πλάτων· Ἀπ' ὄνου καταπεσὼν, ἐν τοῖς Νόμοις· Καὶ μὴ καθάπερ ἀχάλινον στόμα βίᾳ ὑπὸ λόγου φερόμενον, κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπό τινος νοῦ καταπεσεῖν.

2. Ἄπληστος πίθος.] Ἐπὶ τῶν γαστριμαργούντων, ἢ ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. τετρημένος γὰρ ἦν ἐφ' ᾅδου.

3. Ἀπὸ μείζονος ἀνδρὸς ἀλέξ.] Ἤγουν φυλάττου· Ἔστι δὲ Ἰωνικόν.

4. Ἀπὸ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος

CENTVRIA IV.

1. EX *asino delapsus.*] De ijs, qui equestrem disciplinam aggrediuntur, cùm nec asinis interim vti norint. Aristophanes in Nubibus, *Quid tandem nugaris, vt si ab asino dilapsus esses?* Plato autem ἀπὸ τοῦ νοῦ, non ἀπὸ τοῦ ὄνου effert in Legibus, sic inquiens: *Et non quasi ore indomito præditus, quod vi orationis incitatum, (secundum Prouerbium) mente excidat.*

2. *Dolium inexplebile.*] In ventri deditos, seu, de impossibilibus: pertusum enim apud inferos dolium erat.

3. *Maiorem vitato virum.*] Est Ionicum.

4. *A tardigradis asinis equus prosilijt.*]

lijt.] De ijs, qui ab exiguis ad maiora progrediuntur.

5. *Omnia sapientibus facillima.*] De ijs, qui prudentiâ res etiam difficiles superant.

6. *Aufer mothonem à remo.*] De ijs, qui serias res agentibus importunè molesti sunt. Mothon enim molestæ saltationis genus est.

7. *Vini liquorem perdidisti infusa aqua.*] Hæc parœmia desumpta est ex Aristij Cyclope, vt ait Chamæleon in opere de Satyris. Et Polyphemus ita loquitur ad Vlyssem in ea quæ de Cyclope est fabula. In illos autem dicitur, qui rebus melioribus deteriora admiscent.

8. *Omnis aër aquilæ peruia: omnis verò regio viro forti & ingenuo patria.*

9. *A dorio ad Phrygium.*] A remissiori ad intensius; à deteriori ad id, quod melius est.

10. *Ab asinis ad equos.*] De illis, qui à deterioribus ad meliora transeunt.

11. *A linea siue à carcere.*] Hoc est, à principio pulcrum esse oportet.

12. *Sermo simplex viritati conuenit, nec multis varijsve ambagibus opus habet.*] De ijs, qui vera loquuntur.

13. *Omnis echinus asper est.*] De difficilibus & morosis: præcipuè verò de noxijs, & eunuchis.

14. *Molestia omnis morbus est mortalibus.*] Antiphanis.

15. *Supremam praui iactus peruenit ad Aten.*] De ijs, qui factis suis digna perpetiuntur.

16. *Prudentiæ sunt vniuersa subdita.*] Menandri.

17. *A remo ad suggestum.*] In eos, qui à deteriori rerum statu, subitò ad præstantiorem ascendunt: vel, qui res magnas aggrediuntur.

ὕρησεν.] Ἐπὶ τῶν ἐξ εὐτελῶν ἐπὶ τὰ μείζω χωρούντων.

5. Ἅπαντα σοφοῖς ῥᾶστα.] Ἐπὶ τῶν διὰ φρόνησιν καὶ δυσκόλων περιγινομένων.

6. Ἄπαγε τὸν μόθωνα ἀπὸ κώπης.] Ἐπὶ τῶν ἐνοχλούντων παρὰ καιρὸν τοῖς σπουδάζουσιν· ὁ γὰρ μόθων φορτικῆς ὀρχήσεως εἶδος.

7. Ἀπόλεσας τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ.] Αὕτη γέγονεν ἐκ τοῦ Ἀριστίου Κύκλωπος, ὥς φησι Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Σατύρων. Καὶ Πολύφημος οὕτω φησὶ πρὸς Ὀδυσσέα ἐν Κύκλωπι δράματι λεγομένῳ. Λέγεται ἐπὶ τῶν τοῖς καλοῖς τὰ χείρω ἐπιμιγνυόντων.

8. Ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος· ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

9. Ἀπὸ Δωρίου ἐπὶ Φρύγιον.] Ἀπὸ τοῦ ἀνειμένου εἰς τὸ ἐντονώτερον, καὶ ἀπὸ τοῦ ἥττονος εἰς τὸ κρεῖττον.

10. Ἀπὸ ὄνων ἐφ' ἵππους.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβαλλόντων.

11. Ἀπὸ γραμμῆς καὶ ἀπὸ βαλβίδος.] Ἤτοι, ἀπ' ἀρχῆς καλὸν εἶναι δεῖ.

12. Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ· κοὐ ποικίλων δεῖ τῶν διχ' ἑρμηνευμάτων.] Ἐπὶ τῶν τῇ ἀληθείᾳ χρωμένων.

13. Ἅπας ἐχῖνος τραχύς.] Ἐπὶ τῶν δυσκόλων καὶ δυστρόπων. ἐξαιρέτως δὲ ἐπὶ κακωτικῶν ἢ εὐνούχων.

14. Ἅπαν τὸ λυποῦν ἐστὶν ἀνθρώποις νόσος.] Ἀντιφάνους.

15. Ἀπήντησε κακοῦ βολὴ πρὸς ὑπερτάτην Ἄτην.] Ἐπὶ τῶν πασχόντων ἄξια ὧν ἔδρασεν,

16. Ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται.] Μενάνδρου.

17. Ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ χειρόνων εἰς κρείττονα μεταβιβασθέντων. ἢ ἀθρόως καὶ μεγίστοις ἐγχειρούντων.

18. Ἀπό-

18. Ἀπόλωλεν ἡ ὗς, καὶ τὸ τάλαντον, καὶ ἡ γνάθος.] Ἐπὶ τοῦ μὴ τυχόντος ὧν ἤλπισεν. Ἐπὶ γάμου δὲ ἐρρήθη μὴ γινομένου.

19. Ἀπ' οἰνοχόως σπάσον.] Παρόσον οἱ μεθύοντες ἀληθεύουσιν.

20. Ἀποτίσεις χοῖρε τὰ γίγαρτα.] Οἷον ὡς κατέφαγες, ἀποδώσεις πλείω.

21. Ἀράβιος ἄγγελος.] Μένανδρος ἐν Ἀνατιθεμένῃ, ἡ Μεσσηνίᾳ. παρὰ τὴν παροιμίαν.

22. Ἀράβιος αὐλητής.] Τίθεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων. τὸ παλαιὸν δέ φασι τοὺς ἐλευθέρους μὴ μανθάνειν αὐλεῖν, διὰ τὸ βάναυσον. τῶν δὲ ἀνδραπόδων τὰ πολλὰ εἶναι βάρβαρα καὶ ἀράβια. ἐφ' ὧν ἐλέχθη· Δραχμῆς μὲν αὐλεῖ, τεττάρων δὲ παύεται. καὶ Κάνθαρος Μηδείᾳ· Κιθαρῳδὸν ἐξεγείρατε Ἀράβιον τὸν χορὸν τοῦτον. καὶ πάλιν Μένανδρος Μεσσηνίᾳ, Ἀράβιον δὴ ἐγὼ κεκίνηκα αὐλόν.

23. Ἀργυροῦς λιμός.] Ἐπὶ τῶν ἐν σιτοδείᾳ καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων, πολὺ ἀργύριον κερδαινόντων.

24. Ἀρχομένου δὲ νότου καὶ λήγοντος βορέαο.] Συνυπακούεται τὸ, Δεῖ πλεῖν.

25. Ἀρκάδας μιμούμενος.] Ταύτῃ κέχρηται Πλάτων ἐν Πισάνδρῳ ἐπὶ τῶν ἄλλοις ταλαιπωρούντων. μαχιμώτατοι γὰρ ὄντες, αὐτοὶ μὲν οὐδέποτε ἰδίαν νίκην ἐνίκησαν· ἄλλοις δὲ αἴτιοι νίκης πολλοῖς ἐγένοντο. Καὶ ὁ Πλάτων οὖν διὰ τὸ τὰς κωμῳδίας αὐτὸς ποιῶν, ἄλλοις παρέχειν διὰ πενίαν, Ἀρκάδας μιμεῖσθαι ἔφη.

26. Ἀριστᾶν μὲν πολὺ, δειπνεῖν δὲ ὀλίγον.] Ἐπὶ τῶν ἐθιζόντων ἑαυτοὺς εἰς τὰ Ἀφροδίσια.

27. Ἄργους λόφος.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα συμφοραῖς ἐνισχημένων. Φόνος γὰρ πολὺς ἐκεῖ συνέβη.

18. *Perijt ſus, & talentum, & mamilla.*] In eum, qui, quæ ſperauerat, non eſt aſſequutus. Dictum porrò eſt de nuptijs non factis.

19. *A pincerna extrahe.*] Quòd ebrij veraces ſint.

20. *Lues porcelle acinos vinaceos.*] Nempe: Sicut ediſti, plura reddes.

21. *Arabius nuntius.*] Menander in Dedicata quæ eſt Meſſenia. Alluſum ad parœmiam.

22. *Arabius tibicen.*] De ijs ponitur, qui indeſinenter garriunt. Aiunt, olim liberos non didiciſſe tibiâ canere, quòd vile videretur & ſordidum, quodque mancipiorum pleraque barbara ſint & Arabica. De quibus idcircò dictum: *Drachma canit, ſed quatuor compeſcitur.* Et Cantharus in Medea: *Citharœdum excitate Arabium hunc chorum.* Et rurſum Menander in Meſſenia: *Arabium hercle ego moui tibiam.*

23. *Argentum fames.*] De ijs, qui per inediam, & in rerum neceſſariarum defectu multum ſibi pecuniarum & argenti lucrantur.

24. *Incipiente Noto, & Borea ceſſante.*] Subaudi, Nauigare oportet.

25. *Arcadas imitans.*] Vtitur ea parœmia Plato in Piſandro de ijs, qui alijs laborant. Cùm enim bellicoſiſſimi Arcades eſſent, ipſi numquam ſibi vicerunt, alijs autem multis cauſa victoriæ fuerunt. Plato igitur, *quod cùm ipſe comœdias faceret, alijs tamen illas propter paupertatem præberet, Arcadas ſe imitari dicebat.*

26. *Prandere multum, cœnare autem parum.*] In eos, qui ſe ad Venerea aſſuefaciebant.

27. *Argi tumulus.*] De ijs, qui rebus aduerſis maximè implicantur. Cædes enim multa ibi facta fuit.

28. *Argiuus prouentus.*] In eos, qui sycophantas agunt. Argiui enim rixosi erant & contentiosi.

29. *Nuper virtutem quæris.*] De ijs, qui extra tempus alicui rei dant operam.

30. *Archidamium bellum.*] De bellis valdè acribus. Archidamium autem dictum, quòd Archidamus in Atticam irruptionem fecit, vt Thucydides, & Ephorus, atque Anaximenes, & Lysias in oratione, quæ est contra Androtionis & Pythij hospitalitatem, aiunt.

31. *Principatus Scyrius.*] De vilibus, quibusque nihil vtile inest: quod Scyrus petrosa sit & difficilis, ac proinde inops, neque quidquam alicuius rei ferat. Alij à Theseo, qui, quòd insidiatus esset Lycomedis principatui, quodque vxorem eius tentasset, præcipitatus sit. Theophrastus autem in opere De primis temporibus, Thesea primum Athenis ostracismo pulsum fuisse scribit.

32. *Nunc mus picem gustat.*] De ijs, qui nouiter malorum experimentum capiunt. Animal enim illud in picem incidens, acerba perpetitur.

33. *Harmodij cantio.*] De Scolijs. Scolia enim erant quæ de harmodio canebantur. Idem est & *Admeti cantilena.*

34. *Arcadiam me poscis.*] De ijs, qui magna, nec profutura, petunt.

83. Ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν.] Ἐπὶ τῶν εὐψύχων.

84. Ἡμίονος κανθήλιος.] Ἐπὶ τῶν οὐδενὸς ἀξίων.

85. Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι, δέκα νῆες.] Ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων· τοῦτο δὲ εἶπε ἡ Δημήτηρ πρὸς Τριπτόλεμον.

86. Ἦ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο;] Ἐπὶ τῶν ἀποβλήτων καὶ διαβεβλημένων.

87. Ἢν μὴ καθάρῃς καὶ ἀλέσῃς, οὐ φάγῃς.] Ἐπὶ τῶν σὺν μόχθῳ πορίζομένων τὴν ἀναγκαίαν τροφήν.

88. Ἦν ποτε κἀμοὶ πρῶρα καὶ πρύμνη.] Ἐπὶ τῶν ἐν διαφόροις πράγμασί ποτε εὐτυχούντων.

89. Ἣν ἔλαχες Σπάρτην, ταύτην κόσμει.] Παραινεῖ γὰρ, μὴ τοῖς ὑπὲρ ἀξίαν ἐπιπηδᾶν.

90. Ἡ ψελλὴ οὐ πιστεύει.] Ἐπὶ τῶν κρύπτειν πειρωμένων τὰ οἰκεῖα ἐλαττώματα.

91. Ἡ Παναγαία Ἄρτεμις.] Ἐπὶ τῶν ἀγυρτῶν καὶ πενήτων. Παρόσον καὶ ἡ θεὸς ἀγείρειν καὶ πλανᾶσθαι λέγεται.

92. Ἡρακλῆς ξενίζεται.] Ἐπὶ τῶν βραδυνόντων· οἱ γὰρ ὑποδεχόμενοι τὸν Ἡρακλῆν βραδύνουσι· πολυφάγος γὰρ ὁ ἀνήρ.

92. Ἡρα-

93. Ἡράκλειος νόσος.] Ἡ ἱερά· εἰς ταύτην γὰρ περιέπεσεν Ἡρακλῆς.

94. Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος.] Ἐπὶ τῶν ἀσυμβάτων.

95. Ἡράκλεια λουτρά.] Ἐπὶ τῶν δῶρα λαμβανόντων. κατὰ δωρεὰν γὰρ ὁ Ἥφαιστος ἀνέδωκε λουτρὰ τῷ Ἡρακλεῖ.

96. Ἡρακλέως λίθος.] Ταύτην ἔνιοι μαγνίτην λέγουσι.

97. Ἡράκλειος ψώρα.] Ἡ Ἡρακλείων θερμῶν δεομένη πρὸς θεραπείαν· τῷ γὰρ Ἡρακλεῖ πολλαχῇ ἀνῆκε θερμὰ λουτρὰ ἡ Ἀθηνᾶ.

98. Ἦσαν πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.] Ἐπὶ τῶν ποτὲ εὐπόρων γεγονότων.

99. Ἢ σιγὴν καίριον, ἢ λόγον ὠφέλιμον.] Πυθαγόρου.

100. Συλοσῶντος χλαμύς.] Ἐπὶ τῶν ἀλαζονευομένων ἐπὶ ἐσθῆτι· οὗτος γὰρ εἶχε χλαμύδα, ἣν Δαρείῳ ἰδιωτεύοντι δωρησάμενος, ἔτυχε τῆς εἰς Σάμον καθόδου.

93. *Herculeus morbus.*] Hoc est, sacer: in illum enim Hercules incidit.

94. *Hercules & simia.*] De dissidentibus inter se.

95. *Herculana balnea.*] De ijs, qui munera accipiunt. Muneri enim Vulcanus Herculi balnea dedit.

96. *Heracleus lapis.*] Hunc quidam magnetem vocant.

97. *Herculana scabies.*] Quæ Herculis thermis indiget vt curetur. Nam Herculi multis in locis Vulcanus calida balnea permisit.

98. *Fuere quondã strennui Milesij.*] De ijs, qui aliquando facultatibus præstiterunt.

99. *Aut opportunum silentium, aut sermonem vtilem habe.*] Pythagoræ monitum.

100. *Sylosontis chlamys.*] In illos, qui propter vestes superbiunt. Hic etenim cùm Dario adhuc priuato & ignoto tunicam suam obtulisset, regresionem in Samum obtinuit.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ι.

1. Ἡ συκάμινος συκαμίνῳ ῥύπτεται.] Πρὸς τοὺς ἑαυτοῖς τὰ ὠφέλιμα λαμβάνοντας ἐξ ἑαυτῶν.

2. Ἡττήθης τινὸς ἀλεκτρυόνος.] Ἐπὶ δούλων ἢ θεραπόντων ἑπομένων τοῖς δεσπόταις.

3. Ἢ τρὶς ἓξ, ἢ τρεῖς κύβοι.] Ἐπὶ τῶν κινδυνευόντων· τὸ μὲν τρὶς ἓξ, τὴν παντελῆ νίκην δηλοῖ· τὸ δὲ τρεῖς κύβοι, τὴν ἧτταν· πάλαι γὰρ τρισὶν ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις.

4. Ἢ τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.] Τῶν εἰς Σικελίαν στρατευσάντων, οἱ

CENTVRIA X.

1. *Morus moro purgatur.*] De ijs, qui ex semetipsis fructus aut vtilitatis quidpiam percipiunt.

2. *Victus es ab aliquo gallo gallinaceo.*] In seruos famulosque qui dominum suum sequuntur.

3. *Aut ter sex, aut tres tesseræ.*] De periclitantibus: nam illud ter sex, omnimodam victoriam significat; porrò tres tesseræ amissionem certaminis: olim enim tribus vtebantur in lusu tesseris.

4. *Aut obijt, aut docet litteras.*] Eorum qui in Sicilia militauerant pars capti & in seruitutem acti, pars redempti

P 3 fuerunt:

fuerunt: qui ergo mortem effugerant, hoc dicto vtebantur.

5. *Phani ianua.*] Phanum aiunt publicum fœneratorem fuisse, aliàs autem cæcum: ianuam verò conclauis eius, vbi pecuniam suam habebat, constructam fuisse, vt sine strepitu nemo aperiret. Alios autem dicere aiunt, quòd cùm vxor eius mœcharetur, ita cubiculi sui ianuam fecisse, vt sine strepitu recludi non posset: illa autem adulterum nihilo seciùs per tectum ad se recipiente; vicinos illum irridentes, de ijs qui frustra quidpiam custodirent, Phani ianuam esse dixisse.

6. *Modestiùs de se sentire, aut plus virium habere oportet.*] Euripidis.

7. *Vulcanium vinculum.*] De rebus quas effugere nequimus.

8. *Vna auri capiet Spartam vesana cupido.*] In eos, qui ex omni re lucrum captare nituntur. Respondit enim Apollo Spartiatis, tum perituros, quando argentum & aurum in pretio essent habituri.

9. *Aurora videns noctis opera, ridet.*]

μὲν ἐλήφθησεν αἰχμάλωτοι, οἱ δ' ἀπώλοντο· οἱ οὖν διαφυγόντες ἔλεγον τοῦτο.

5. Ἡ Φανοῦ θύρα.] Τὸν Φανὸν φασὶ, δήμου ὀβολοστάτην εἶναι· ἄλλως δὲ τυφλόν· ἐπανοιγομένης δὲ αὐτῷ τῆς τοῦ ταμιείου θύρας, κατασκευάσαι τοιαύτην ἣν οὐκ ἄν τις ἤνοιξε μὴ ψόφον ποιήσας. ἐνίους δὲ λέγειν, ὡς μοιχευομένης αὐτοῦ τῆς γυναικὸς τὴν αὔλιον θύραν εἰργάσατο, ὡς μὴ ἄνευ ψόφου ἀνοίγεσθαι· τῆς δὲ κατὰ τοῦ τέγους δεχομένης τὸν μοιχὸν, χλευάζοντας τοὺς γείτονας, ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων ἐν τῷ φυλάττειν, τὴν Φανοῦ θύραν εἶναι λέγειν.

6. Ἢ φρονεῖν ἔλασσον ἢ δύνασθαι δεῖ μεῖζον.] Εὐριπίδου.

7. Ἡφαίστειος δεσμός.] Ἐπὶ τῶν ἀφύκτων.

8. Ἡ φιλοχρηματία Σπάρταν ἕλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν.] Ἐπὶ τῶν ἐξ ἅπαντος κερδαίνειν πειρωμένων· ἔφησε γὰρ ὁ θεὸς Σπαρτιάταις τότε ἀπολεσθῆναι, ὅταν ἀργύριον καὶ χρυσίον τιμήσωσιν.

9. Ἠὼς ὁρῶσα τὰ νυκτὸς ἔργα, γελᾷ.]

Θ.

10. T*Hamyris insanit.*] De ijs, qui licet prudenter quidpiam & prouidè agant, insanire tamen videntur. Thamyris enim cùm cerneret famulum à domino suo vapulare in templo, nulla templi habita reuerentia, opibus suis distributis peregrè abijt: quod qui conspiciebant, Thamyrim insanire aiebant.

11. *Confide, multum iustitia potest.*] Moscionis monitum.

12. *Confide verum proloquens, nunquam cades.*] Euripidis.

13. *Mortem pardalis effingit.*] In

Θ.

10. ΘΑ'μυρις μαίνεται.] Ἐπὶ τῶν συνετῶς βιούντων, δοκούντων δέ τισι μαίνεσθαι. Θάμυρις γάρ τις ἰδὼν μαστιγούμενον οἰκέτην παρὰ δεσπότου αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ μὴ τοῦ ἱεροῦ φροντίζοντος, τὴν οὐσίαν αὐτοῦ δοὺς, ἀπεδήμησεν, ὃν ὁρῶντες ἔλεγον, μαίνεται Θάμυρις.

11. Θάρσει, τὸ δίκαιον ἰσχύει μέγα.] Μοσχίωνος ἡ ὑποθήκη.

12. Θάρσει λέγων τἀληθὲς, οὐ σφαλῇ ποτέ.] Εὐριπίδου.

13. Θάνατον παρδάλειον ὑποκρίνεται.]

τη.] Ἐπὶ τῶν βλαπτόντων ἢ διαφθειρόντων τινὰς πανουργίαις· οἱ γὰρ ἐν τῇ Μαυρουσίᾳ γῇ πίθηκοι τὴν ἐκ τῆς παρδάλεως ἐπιβουλὴν φυλαττόμενοι, ἐπὶ τὰ δένδρα ἀναθέουσι, καὶ ἐκεῖ κάθηνται· ἦν δὲ ἄρα πάρδαλις καὶ τοῦ πιθήκου σοφώτερον· οἵας γοῦν ἐπ' αὐτοῖς παλαμᾶται καὶ ῥάπτει τὰς πάγας· ὅπου τὸ πλῆθος πιθήκων κάθηται, ἐνταῦθα ἐλθοῦσα ἑαυτὴν ὑπέρριψε τῷ δένδρῳ· καὶ κεῖται κατὰ τοῦ δαπέδου ὑπτία, καὶ τὴν μὲν γαστέρα διώγκωσε, παρῆκε δὲ τὰ σκέλη, τὼ δὲ ὀφθαλμὼ κατέμυσε· πιέζει γε μὴν καὶ συνέχει τὸ ἄσθμα, καὶ κεῖται νεκρὰ δή· οἱ δ' ἄνωθεν ἐχθίστην ἰδόντες, τεθνάναι νομίζουσιν αὐτήν, καὶ ὃ μάλιστα βούλονται τοῦτο καὶ οἴονται· οὐ μὴν θαῤῥοῦσιν ἤδη· ἀλλὰ ἐς πεῖραν καθιᾶσιν. ἕνα γὰρ ἑαυτῶν τὸν δοκοῦντα ἀδεέστερον πέμπουσι κατασκεψόμενον τὸ τῆς παρδάλεως πάθος· ὁ δὲ κάτεισιν οὐ παντελῶς ἀδεής· ἀλλὰ ὀλίγον καταδραμών, εἶτα ὑπέστρεψε τοῦ φόβου ἀνασείλαντος αὐτόν· καὶ κατῆλθε πάλιν· καὶ πλησίον ἀλώμενος ἀνεχώρησε· καὶ τὼ ὀφθαλμὼ κατεσκέψατο· καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ἄσθμα εἰ μεθίησιν ἐξήτασεν· ἡ δὲ ἀτρεμοῦσα καὶ μάλα ἐγκρατῶς ἐνέθησιν οἱ τὸ κατὰ μικρὰ ἀδεές· προσελθόντες δὲ καὶ μένοντος ἀπαθοῦς, καὶ οἱ μετέωροι πίθηκοι θαῤῥοῦσιν ἤδη, καὶ καταβαίνοντες περιέρχονταί τε καὶ περιχορεύουσιν αὐτήν· εἶτα ἐμπηδήσαντες καὶ ἐπιβαίνοντες κατεκυβίστησαν καὶ κατωρχήσαντο κέρτομόν τινα καὶ πιθήκοις πρέπουσαν ὀρχηστικήν· καὶ ποικίλως ἐνυβρίσαντες, ἣν ἔχουσιν ὡς ἐπὶ νεκρῷ χαρὰν ἐμαρτύραντο. ἡ δὲ ὑπέμενε πάντα, μὴ δεομένη εἰπεῖν, τέτλαθι κραδίη· εἶτα ὅταν ἐννοήσῃ κεκμηκέναι ὑπὸ τῆς χορείας αὐτοὺς καὶ τῆς ὕβρεως, ἀδοκήτως ἐπιπηδήσασα, τοὺς μὲν τοῖς ὄνυξι, διέξηνε, τοὺς δὲ τοῖς ὀδοῦσι διεσπάσατο, καὶ τὴν ἐκ τῶν πολεμίων παιδιάν τε καὶ πανδαισίαν ἀφθονωτάτην ἔχει.

eos, qui lædunt seu etiam perdunt quosdam suis technis. Nam simij in Mauritania quando pardaliũ insidias declinare & effugere volunt, arbores saltu conscendunt, ilicque consident. Est autem pardalis simio longè astutior: huiusmodi enim ipsi laqueos machinatur, & taliter insidias struit. Si quando simiorum cateruam alicubi esse cognouerit, eò sese conferens, seipsam sub arbore projicit & prosternit, & in solo supina iacet, ventre altiùs elato, extensis cruribus, oculis clausis, halituque retento, quasi planè mortua esset. Illi desuper inimicissimam bestiam intuentes, mortuam illam existimant; quodque maximè cupiunt, hoc etiam ita esse arbitrantur: non tamen adhuc plenè fidunt, sed eius rei experimentum petunt: vnum ex suo numero, qui videtur omnium maximè intrepidus & audacissimus, mittunt, pardalis casum qui inspiciat. Ille descendit, non prorsus sine metu, sed sensim accurrens: deinde reuertitur, timore ipsum retrahente: tum rursum descendit, & & propè oberrans, vbi oculos considerauit, & num spiritum halitumque emittat explorauit, recedit. Illa autem quietè cubans, & valdè se continens, paulatim simio isti fiduciam indit. Adeunte igitur illo, & iam impunè manente, etiam superiores simiæ fiduciam capiunt, & descendentes circumeunt illam, & choreas ducunt, deinde insilientes, sublatisque pedibus in caput se demittunt: & tripudium quoddam amarum & simijs dignum saltant, varieque pardali illudentes, lætitiam, quam ob extinctam illam scilicet conceptam habent, testantur. Illa autem omnia tolerat, non opus habens dicere, Perfer, ô cor. Posteà vbi à tripudio illo & illusione fessos iam esse intelligit, inexpectato insiliens, hos vnguibus, illos dentibus discerpit & dilaniat, conuiuiumque solenne lautissimumque ex suis sibi hostibus parat.

14. *Maris aquam ex cauerna.*] De ijs, qui rebus magnis exiguas & viles ambitiosè comparant.

15. *Sperandum Batte est, melior cras forsan erit res: Spes est in viuis, non est spes vlla sepultis. Nunc clarus splendet, nunc Iuppiter imbre nigrescit.*] Theocriti.

16. *Deo volente nil quit æmulatio, Et non volente nil potest vllus labor.*] Democriti.

17. *Thessalicum commentum.*] De machinarum architectis & inuentoribus. Thessalus enim quidam ob machinam quandam bellicam inuentam, in admiratione fuit.

18. *Ipsum timorem sana, & non timebis paupertatem.*] Hypsæi.

19. *Thasus bonorum.*] De ijs, qui se quempiam diuitem reddituros promittunt splendidumque.

20. *Citius sub axilla quinque ceruos celaueris, quam vnum cinædum.*] De impudentibus.

21. *Marinus cùm sis, ne terrestris fias.*] De ijs, qui proprio vitæ instituto relicto, quæ nihil ad se pertinent, persequuntur.

22. *Theagenis facultates.*] In eos, qui cùm pauperes sint, tamen esse negant. Ille enim cùm pauper esset, diuitem sese esse ferebat.

23. *Nempe otiosis nullus adsistit Deus.*] Sophoclis sententia.

24. *Thessala mulier.*] De veneficis.

25. *Deus impudentia.*] De ijs, qui ex impudentia lucrum capiunt.

26. *Mortalibus benè esse, munus est Dei.*]

27. *Thessalicæ alæ.*] De ijs, qui subitò vestes sibi injiciunt: nam Thessalicæ vestes alatæ erant.

14. Θαλάττιον ἐκ χαράδρας ὕδωρ.] Ἐπὶ τῶν τοῖς μεγάλοις τὰ μικρὰ προσφιλοτιμουμένων.

15. Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον· Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι ἢ θανόντες· Χ' ὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.] Θεοκρίτου.

16. Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος· Καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει κόπος.] Δημοκρίτου.

17. Θετταλικὸν σόφισμα.] Ἐπὶ τῶν μηχανοποιῶν. Θετταλὸς γάρ τις εὑρὼν ἐν μάχῃ μηχανὴν, ἐθαυμάσθη.

18. Θεράπευε τὸ φοβεῖσθαι, καὶ οὐ φοβηθήσῃ πενίαν.] Ὑψαίου.

19. Θάσος ἀγαθῶν.] Ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρὸν δεῖξαι τινὰ ἐπαγγελλομένων.

20. Θᾶττον ὑπὸ μάλης πέντ' ἐλάφους κρύψειας, ἢ ἕνα κίναιδον.] Ἐπὶ τῶν ἀναισχύντων.

21. Θαλάττιος ὢν, μή πως χερσαῖος γένῃ.] Ἐπὶ τῶν καταλιμπανόντων τὰ οἰκεῖα ἐπιτηδεύματα, καὶ τοῖς μὴ προσήκουσιν ἐπιχειρούντων.

22. Θεαγένους χρήματα.] Ἐπὶ τῶν ἀπηρνημένων πτωχῶν. Οὗτος γὰρ ὢν πένης, ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι πλούσιον.

23. Θεός τε τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.] Σοφοκλέους ἡ γνώμη.

24. Θετταλικὴ γυνή.] Ἐπὶ τῶν φαρμακίδων.

25. Θεὸς ἡ ἀναίδεια.] Ἐπὶ τῶν ἀναισχυντίᾳ ὠφελουμένων.

26. Θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν, εὐτυχεῖν βροτούς.]

27. Θετταλικὰ πτερά.] Ἐπὶ τῶν παραχρῆμα ἐσθῆτας ἐνειμένων· αἱ γὰρ θετταλικαὶ ἐσθῆτες, πτερωταὶ ἦσαν.

28. Θεῶν

28. Θεῶν ἀγορά.] Ἐπὶ τῶν χρησίμων καὶ δικαίων.

29. Θηρικλεῖος φίλος.] Ἐπὶ τῶν μεθυόντων· ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον· Ὁ γὰρ Θηρικλῆς πρῶτος εὗρε τὸ ἔκπωμα, ὥς φησιν Εὔβουλος. Καθαρώτερος δὲ τῶν κεραμέων εἰργάσμην, ἢ Θηρικλέους τὰ ἐκπώματα.

30. Θηραμένης ἀνήρ.] Ἐπὶ τῶν πανούργων.

31. Θυμοῦ λόγος ἰατρός.]

32. Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.] Ἐπὶ τῶν ἀνόμων.

33. Θρὶξ ὕστριχος.] Ἐπὶ τῶν εὐστόχως βαλλόντων· ὀνύχων ἀκμαῖς, καὶ ὀδόντων διατομαῖς θαρροῦσι καὶ ἄρκτοι καὶ λύκοι καὶ πάρδοι καὶ λέοντες· τὴν δὲ ὕστριχα ἀκούω, ταῦτα μὲν οὐκ ἔχειν· οὐ μὴν ὅπλων ὑπὸ τῆς φύσεως ἀμυντηρίων ἀπολελεῖφθαι ἐρήμην· τοῖς γοῦν ἐπιοῦσιν ἐπὶ λύμῃ, τὰς ἄνωθεν τρίχας οἱονεὶ βέλη ἐκπέμπει· καὶ εὐστόχως βάλλει πολλάκις τὰ νῶτα φρίξασα, καὶ ἐκεῖναι γε πηδῶσιν, ὥσπερ ἔκ τινος ἀφιέμεναι νευρᾶς.

34. Θησεὺς Πειρίθουν.] Συναποκούεται τὸ φιλεῖ. Ἐπὶ τῶν ἄγαν ἀλλήλους φιλούντων.

35. Θυμὸς ἔσχατον γηράσκει.] Λέγεται διὰ τοὺς πρεσβυτέρους· ὅσον γὰρ γηράσκουσι, τὸν θυμὸν ἐρρωμενέστερον ἔχουσιν.

36. Θύραζε Κᾶρες, οὐκέτ' Ἀνθεστήρια.] Διὰ τὸ πλῆθος οἰκετῶν, ὡς ἐν τοῖς Ἀνθεστηρίοις εὐωχουμένων καὶ αὐτῶν.

37. Θυμόσοφός ἐστιν.] Ἐπὶ τῶν ὀξυμαθῶν καὶ εὐφυῶν.

38. Θυννίζειν.] Ἀντὶ τοῦ, κεντεῖν. τριαίναις γὰρ τοὺς θύννους κεντοῦσιν. ἐξ οὗ καὶ Λουκιανὸς, θυννῶδες τὸ ἐνθύμημα, ἀντὶ τοῦ ἀπότομον καὶ σκληρόν. Φασὶ δ' ὅτι τῆς τῶν ὡρῶν μεταβολῆς ἔχουσιν αἴσθησιν οἱ θύννοι· καὶ ἴσασι τροπὰς ἡλίου

28. *Deorum cætus.*] De probis & iustis.

29. *Thericlij amicus.*] In ebriosos; accepto continente pro contento. Thericles enim primo inuenit poculum, vt ait Eubulus: Purior, inquit, quàm figulina vasa factus sum, aut Thericlis pocula.

30. *Theramenes vir.*] De vafris.

31. *Sermo iræ medicus.*]

32. *Thraces fœdera non norunt.*] De iniustis.

33. *Seta hystricis.*] De ijs, qui peritè iaculantur. Vnguium robore & dentium morsu fidunt vrsi, lupi, pardi, & leones. hystricem autem audio hæc non habere, non tamen armis quibus se tueatur, à natura destituitur. In hostes enim qui ipsam adoriuntur, superiores setas sæpiùs inhorrescente dorso, tanquam iacula dexterrimè emittit, volantque illæ tanquam neruo quopiam excussæ.

34. *Theseus Pirithoum.*] Subauditur, amat. De valdè se mutuò amantibus.

35. *Ira postremò senescit.*] Ob senes dicitur; quò enim magis ætate prouehuntur, eo iracundiores euadunt.

36. *Foras Cares, non ampliùs anthesteria.*] Propter multitudinem seruorum: quòd in anthesterijs ipsi quoque conuiuium agitarent.

37. *Animo solers est.*] De docilibus, & bonæ indolis.

38. *Thynnizare.*] Pro, pungere. Nam tridentibus thynnos pungunt: vnde & Lucianus, *Thynninum enthymema,* pro eo quod, est rigidum atque acre. Dicuntur autem thynni præsentire temporum mutationes. Sciunt etiam acutissimè solis conuersiones: neque in vllo indigent eorum opera, qui cœlestia se scire profi-

profitentur. Vbi enim illos hyemis principium deprehenderit, ibi libenter quiescunt: quòd autem altero tantum oculo prospiciant; etiam Æschylus testatur, dum ait: *Læuum oculum admouet thynni more.* Intrantes in pontum ad dextrum latus terram capiunt, in quam etiam intuentur: cùm autem rursum exeunt, secundùm terram quæ ex aduerso est, natant, corporis custodiam oculo quo prospiciunt, agentes.

ὀξύτατα· καὶ δέον τῶν τὰ οὐράνια εἰδέναι προσποιουμένων οὐδέν· ὅπου γὰρ αὐτοὺς χειμῶνος ἀρχὴ καταλάβῃ, ἀτρεμοῦσιν ἀγαπητῶς· ὅτι δὲ τῷ ἑτέρῳ τῶν ὀφθαλμῶν ὁρῶσι, καὶ Αἰσχύλος ὁμολογεῖ· λέγων, τὸ σκαιὸν ὄμμα παραβαλὼν θύννου δίκην. παριᾶσί τε εἰς τὸν πόντον, καὶ κατὰ τὴν δεξιὰν αὐτῶν πλευρὰν τὴν γῆν λαμβάνουσι, καθ' ἣν καὶ βλέπουσιν· ἐξιόντες τε αὖ, κατὰ τὴν ἀντιπέραν νέουσι, τῆς γῆς, ἐχόμενοι, τὴν φρουρὰν τοῦ σώματος κατὰ τὸν ὁρῶντα τῶν ὀφθαλμῶν λαμβάνοντες.

I.

39. *Ialemo frigidior.*] Ialemum lamentationem esse aiunt. Fuisse enim aiunt Calliopes filium, infelicem, destitutum, orbatum.

40. *Alter Ianus.*] In illos, quibus binæ facies: talis enim Ianus.

41. *Talibus sermonibus delectatur.*] De ijs, qui animo quodammodo diffunduntur, & laudibus gaudent.

42. *Ecce Rhodus, ecce & saltus.*] Indicat, quòd omnis sermo sit superuacaneus, nisi prompta sit illius per facta comprobatio.

43. *Medela linguæ, ventris abstinentia.*]

44. *Sacra anchora.*] Magnum auxilium. Sacra anchora in naui vocatur, quæ quando maximum periculum imminet, extrema iacitur.

45. *Sacrilegus Deum veneratur.*] In eos, qui cùm furentur, tamen sacrificia pulchra faciunt.

46. *Ilias malorum inuasit.*] In eos, qui maximis in malis iactati sunt, vsurpatur.

47. *Veste ignem occultas.*] De impossibilibus.

I.

39. Ἰαλέμου ψυχρότερος.] Ἰάλεμον τὸν θρῆνόν φασι. λέγουσι δὲ αὐτὸν υἱὸν Καλλιόπης γενέσθαι· κακοδαίμονα, καὶ ὑστερούμενον, καὶ ὀρφανόν.

40. Ἴαννος ἄλλος.] Ἐπὶ τῶν διπροσώπων. τοιοῦτος γὰρ ὁ Ἴαννος.

41. Ἰαίνεται τῇ διηγήσει τῶν τοιούτων λόγων.] Ἐπὶ τῶν διαχεομένων τὴν ψυχὴν καὶ χαιρόντων ἐπαίνοις.

42. Ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ πήδημα.] Ὅτι πᾶς λόγος περιττός ἐστιν· ἂν μὴ πρόχειρος ἡ ἀπόδειξις τοῦ πράγματος.

43. Ἴαμα γλώττης, ἐγκράτεια κοιλίας.]

44. Ἱερὰ ἄγκυρα.] Ἡ μεγάλη βοήθεια. ἄγκυρα ἐστὶν ἐν τῇ νηῒ, ἱερὰ καλουμένη, καὶ ὅτε μέγας καταλαμβάνει κίνδυνος, τελευταία βάλλεται.

45. Ἱερόσυλος θεοσεβεῖ.] Ἐπὶ τῶν κλεπτόντων μὲν, λειτουργείας δὲ καλὰς ποιουμένων.

46. Ἰλιὰς κακῶν ἐπῄει.] Ἐπὶ τῶν μεγίσταις συμφορῶν κεχρημένων λέγεται.

47. Ἱματίῳ πῦρ περιστέλλεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

48. Ἱματίσ-

48. Ἱματισμὸς Διονυσίου.] Ἐπὶ τῶν ἄχρηστα πεμπόντων. ταῖς γὰρ θυγατράσι τοῦ Ἀρχιδάμου ἱματισμὸν πολυτελῆ Διονυσίου τοῦ τυράννου Σικελίας πέμψαντος, οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν, φοβοῦμαι μὴ περιθέμεναι αἱ κόραι, φανῶσί μοι αἰσχραί.

49. Ἰνοῦς ἄχη.] Ἐπὶ τῶν ἄκρως δυστυχησάντων.

50. Ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.] Στασίμου ἡ γνώμη τοῦ ποιητοῦ, ὅς οὕτω φησί· Ζῆνα δὲ τὸν ῥέξαντα, καὶ ὃς τάδε πάντ' ἐφύτευσεν Οὐκ ἐθέλεις εἰπεῖν· ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. Πλάτων δὲ διαφέρεται τούτῳ τῷ ποιητῇ, λέγων· Οὐκ ἄρα ὀρθῶς ἔχει λέγειν, Ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς. ἐπὶ πλέον γὰρ οἶμαι δέος αἰδοῦς. Μόριον γὰρ αἰδὼς δέους, ὥσπερ ἀριθμοῦ περιττόν. ὥστε οὐχ' ἵνα περ ἀριθμὸς, ἔνθα καὶ περιττόν· ἵνα δὲ καὶ περιττὸν, ἔνθα καὶ ἀριθμός.

51. Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε.] Ἐπὶ τῶν διὰ γῆρας δεομένων ῥαστώνης.

52. Ἱππόλυτον μιμήσομαι.] Ἐπὶ τῶν σωφρονεῖν βουλομένων.

53. Ἵππους εἰς λεῖον πεδίον.] Ἐπὶ τῶν ἐπί τι προχείρως ἐχόντων.

54. Ἵππους εἰς πεδίον διδάσκεις τρέχειν.] Ταχύπρος γάρ ἐστιν ἐν προσομάλῳ τόπῳ.

55. Ἵππος με φέρει, καὶ βασιλεύς με τρέφει.] Κορραῖόν φασιν ὑπὸ Φίλιππον στρατευόμενον ἱππέα, τῆς μητρὸς δεομένης, αἰτήσασθαι ἄφεσιν τῆς στρατείας, καὶ εἰπεῖν τοῦτο.

56. Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλῇ.] Ὅπερ ἐστὶ, τοὺς εὐδαιμονοῦντας εἰς ἅπερ εὐδαιμονοῦσιν ἔργα.

57. Ἴσως Ἐριννῦς ἐστιν ἐκ τραγῳδίας.] Τὰ γὰρ ἀποτρόπαια τῶν φασμάτων, τραγῳδοῖς μᾶλλον ἁρμόττει.

48. *Vestitus Dionysij.*]In eos, qui inutilia mittunt. Nam filiabus Archidami cùm Dionysius Siciliæ tyrannus vestitum sumptuosum misisset, non suscepit ille, addens; metuo, ne si filiæ induant, turpes mihi videantur.

49. *Inus dolores.*] De ijs,qui valdè acerba pertulerunt.

50. *Vbi enim timor, ibi & pudor.*] Stasimi poëtæ sententia: Iouem qui omnia fecit,omniaq; produxit, dicere nō vis,Vbi enim timor, ibi & pudor. Plato autem ab illo Poëta dissentit. Neque enim, inquit, rectè dicitur, Vbi timor, ibi & pudor: longè enim latiùs patet timor quàm pudor. Particula quippe tantùm illius est pudor, sicuti numeri impar:ita vt non vbi numerus, ibi & impar; vbi autem impar, ibi & numerus.

51. *Adde rotas vetulo leuiores vsque caballo.*] De ijs, qui ob senectutem otio indigent.

52. *Hippolytum imitabor.*] De ijs, qui casti esse volunt.

53. *Equos in planum campum.*] De ijs, qui expediti sunt & prompti ad rem quampiam.

54. *Equum in campum currere doces.*] Leuior enim est in loco æquali.

55. *Equus me portat, alit rex.*] Corræum aiunt suo Philippo equo militantem, hoc respondisse.

56. *Equites in campum prouocas.*] Hoc est, felices ad ea opera in quibus sunt felices.

57. *Fortassis est Erinnys ex tragœdia.*] Nam spectra quæ maximè sunt abominanda, tragœdis potissimùm conueniunt.

58. *Araneæ tela.*] De ijs, quæ celeriter diſſoluuntur ac corrumpuntur. Aranea autem, quæ & Phalanx dicitur, Erganæ Deæ munera non nouit. Quod autem ab illa conficitur, laqueus eſt, ac velut naſſa, ijs quæ incidunt capiendis (incidit autem tantum quantum ipſum textum admittere poteſt) hinc illi pabulum quod ad victum ſatis. Non ſolùm autem phalanx texit, & in opificio Mineruæ Erganæ ſolertiſſimæque & ipſa ſolers eſt; ſed etiam Geometriam callet. Nam & centri & circuli ex ipſo prodeuntis rationem obſeruat, & circumferentiam accuratè perficit: neque vſquam Euclide opus habet. Centro porrò inſidens medio, prædæ ſuæ inſidias locat. Eſt autem, vt quod videtur eloquar, non ſolum textrix proba, ſed & ſartrix benè inſtructa: Et quidquid generoſæ ipſius texturæ ſolertiæque in filis ſcitè diſponendis ruperis, illa reſarcit: ita vt, tanquam nihil damni fuiſſet illatum, integra prorſus appareat.

59. *Aequalitas bellum non parit.*]

60. *Aequalitas amicitia.*] Æqualitate amicitiam conciliari, & hoc dictum antiquum eſſe ac verum, Plato ait libro ſexto de legibus.

61. *Robur, murus, & arma, ſapientis eſt prudentia.*] Pythagoræ apophthegma.

62. *Piſcis à capite olêre incipit.*] De ijs, qui ſuperiores malos habent & magiſtratus peruerſos.

63. *Piſcem natare doces.*] De ijs, qui quidpiam alios docent quod iam anteà melius norunt.

58. Ἱστὸν ἀράχνης.] Ἐπὶ τῶν εὐκόλως διαλυομένων καὶ φθειρομένων. ὁ δὲ ἀράχνης λέγεται καὶ φάλαγξ· οὗτος δῶρα Ἐργάνης δαίμονος οὐκ οἶδε· τὸ δὲ γιγνόμενον αὐτῷ ταῖς πάγη ἐστὶ καὶ οἷον κύρτος τοῖς ἐμπίπτουσιν· ἐντεῦθεν ἔχει καὶ τὴν δαῖτα. ἐμπίπτει δὲ ὅσον καὶ τὸ ὕφασμα ἔχει, καὶ ἐκείνη δειπνεῖν ἀπόχρη. οὐ μόνον δὲ ἡ φάλαγξ ἐστὶν ὑφαντικὴ καὶ εὔχειρ κατὰ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν Ἐργάνην τε καὶ πινυτὴν θεὰν, ἀλλὰ πέφυκε καὶ γεωμετρίαν δεινή· τὸ γοῦν κέντρον φυλάττει καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ κύκλον, καὶ τὴν περιφέρειαν ἀκριβοῖ ἰσχυρῶς· καὶ Εὐκλείδου δέεται οὐδέν· κάθηται δὲ ἐν τῷ κέντρῳ μέσῳ ἐλλοχῶσα τὴν ἑαυτῆς ἄγραν· ἔστι δὲ ὡς ἰδόντι εἰπεῖν καὶ ὑφάντρια γενναία καὶ ἀκεστικὴν εὐπάλαμος. καὶ ὅ,τι ἂν διαῤῥήξεις τῆς εὐπήνου τε καὶ εὐμίτου σοφίας ἐκείνης, ἤδη ἀνακεῖται, καὶ ἀπαθὲς καὶ ὁλόκληρον αὖθις ἀποδείκνυται.

59. Ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ.]

60. Ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται.] Πλάτων φησὶ τὸν λόγον τοῦτον παλαιὸν εἶναι, καὶ ἀληθῆ, ἐν τῷ ϛʹ. τῶν νόμων.

61. Ἰσχὺς, καὶ τεῖχος, καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις.] Πυθαγόρου.

62. Ἰχθὺς ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄζειν ἄρχεται.] Ἐπὶ τῶν ἐπιστάτας φαύλους ἐχόντων.

63. Ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις.] Ἐπὶ τῶν διδασκόντων τινὰς ἃ ἐπίστανται.

K.

64. MAli corui malum ouum.] Corax prudens admodum erat homo, & qui

K.

64. Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.] Κόραξ τις συνετὸς ἀνὴρ, κεχρῆσθαι πράγμασιν

μασιν ἱκανὸς, συνιδὼν, ὅτι οὐχ ὅμοιον τυράννῳ διακονεῖσθαι, καὶ δήμου γνώμην χειρώσασθαι, ἀπελθὼν συνέθηκε τέχνην περὶ προοιμίων καὶ διηγήσεων καὶ ἀγώνων καὶ ἐπιλόγων, δι' ὧν τὸν δῆμον ἔπεισεν. ἐντεῦθεν περιῄει βοῶν καὶ παρακαλῶν τὸν βουλόμενον μαθεῖν, ἐπὶ ῥητῷ μισθῷ χιλίων δραχμῶν· ὁ τοίνυν Σισίας προσῆλθε μαθεῖν, καὶ μαθὼν ἠγνωμόνησεν αὐτῷ περὶ τὸν μισθόν. καὶ ἐπὶ τούτῳ συνέστη δικαστήριον· καὶ τῶν κριτῶν συνελθόντων, ἔφη ὁ Κόραξ διλημματίῳ χρησάμενος· ὡς εἰ μὲν νικήσει ὁ Σισίας, ὤφειλε παρασχεῖν· ὠφέληται γάρ· εἰ δὲ μὴ νικήσει, καὶ οὕτως ὤφειλε παρασχεῖν· ἡττήθη γάρ. Ὁ δὲ Σισίας πρὸς ταῦτα λέγων, ἀπεκρίνατο· ὡς εἰ μὲν νικήσω οὐκ ὤφειλον παρασχεῖν· νενίκηκα γάρ· εἰ δὲ μὴ νικήσω οὐκ ὤφειλον παρασχεῖν· οὐ γὰρ ὠφελήθην· ἀπορήσαντες οὖν οἱ δικασταὶ ἀνεβόησαν λέγοντες, Κακοῦ Κόρακος κακὸν ᾠόν· ἢ ὅτι τὸ ζῶον ὁ κόραξ ἄβρωτόν ἐστι καὶ τὸ ᾠὸν αὐτοῦ· ἢ ὅτι ὁ κόραξ ἤδη γέρων ὤν, ὅταν μὴ δύνηται τρέφειν τοὺς νεοττοὺς, ἑαυτὸν αὐτοῖς προτείνει τροφήν· οἱ δὲ ἐσθίουσι τὸν πατέρα· κἀντεῦθεν ἡ παροιμία· λέγεται δὲ τοῦτο περὶ κοράκων· ὅτι ὀρνίθων πολυκλαγγότατος καὶ πολυφωνότατός ἐστι· μαθὼν δὲ, ἀνθρωπίνην πρόεισι φωνήν. φθέγμα δὲ αὐτοῦ, παίζοντος μὲν, ἄλλο· σπουδάζοντος δὲ ἕτερον· εἰ δὲ ὑποκρίνοιτο τὰ ἐκ θεῶν, ἱερὸν ἐνταῦθα καὶ μαντικὸν φθέγγεται· οἶδε δὲ καὶ διὰ τοῦ θέρους ἐνοχλούμενος, ῥύσιν γαστρός· καὶ διὰ ταῦτα ἑαυτὸν ὑγρᾶς τροφῆς ἄγευστον φυλάττει. Λίβυες δὲ κόρακες, ὅταν οἱ ἄνθρωποι φόβῳ δίψους ὑδρευσάμενοι πληρώσωσι τὰ ἀγγεῖα ὕδατος, καὶ κατὰ τῶν στεγῶν θέντες ἐάσωσι τῷ ἀέρι τὸ ὕδωρ φυλάττειν ἄσηπτον, ἐνταῦθα εἰς ὅσον μὲν αὐτοῖς τὰ ῥάμφη κάτεισιν, ἐγκύπτοντες, χρῶνται τῷ ποτῷ· ὅταν δὲ ὑπολήξῃ, ψήφους κομίζωσι, καὶ

se rebus optimè norat accommodare; vtpote qui probè perspectum habebat, se non posse simul & tyranno inseruire & placere populo. Peregrè itaque profectus, composuit de proëmijs, narrationibus, contentionibus, & epilogis, quo populum sibi conciliauit, ac deinde prodijt, inclamans atque adhortans, si quis artem discere vellet, indicta mercede mille drachmarum: cui Sitias discipulus accessit. Qui cùm artem addidicisset, mercedem negabat. Eius ergo rei gratia iudices in concilium sunt conuocati: quibus iam conuenientibus, Corax dilemnate vsus, sic ait: Si vicerit Sitias, mercedem reddere tenetur; debet enim: si non vicerit, vel sic quoque reddere debet; quòd victus sit. Ad quæ sic respondit Sitias: Si vicero, reddere non debeo; vici enim. Si non vicero, non teneor reddere; neque enim debeo. Cumq; iudices dubiè distraherentur, tandem exclamarunt: Mali corui malum ouum. Siue quòd Corax (coruus) animal sit, ouumque eius ad vescendum inutile: siue quòd coruus vbi iam ad senectuté peruenit, cùm pullos suos alere non possit, seipsum illis in pabulum det, adeoque illi parentem deuorent. Vnde & parœmia. Fertur & hoc de coruo, quòd animalium omnium sonorissimus sit, vocisque intensissimæ, humanam etiam, si instruatur, emittens. Pronuntiatio porro alia est si ludat, alia si serio agat. Quod si quæ ad Deos pertinent efformare velit, sacrum quid & fatidicum sonat. Nouit & ob æstum alui profluuio sese affici, eoque nomine à nutrimento humido sibi cauet. Libyæ corui, quando homines siccitatis metu de aqua sibi prospicientes vasa sua eâdem complent, eaque in tectis posita aëri permittunt, quo aqua sine corruptione conseruetur, tum illi rostrum, quantum licet eo incuruati, immittentes, potu vtuntur. Vbi vero aqua

iam

iam defecit, calculos ore & vnguibus allatos in dolium projiciunt, qui ob suum pondus impelluntur ac subsidunt: aqua autem compressa sursum fertur, sicque illi commodè atque industriè bibunt, naturali quodam atque inenarrabili instinctu edocti, duo corpora ab vno loco capi non posse. Ait etiam Aristoteles, illos discrimen terræ quæ felix quæque grauis sit, nouisse, & in feracem gregatim & magno numero ferri, in sterilem autem duramue, binos.

65. *Mali satietatem non ferunt.*] De ijs, qui indigni cùm sint feliciter agunt, indeque iniuriosi euadunt.

66. *Vel per gladium se deuoluat.*] De audacibus atque incautis.

67. *Etiam à linea mouet calculum.*] Hoc est, A principio iacit.

98. *Mali bibunt punitionis nebulam.*] De ijs, qui iustè puniuntur: vt illud: *Mali sibi ipse repperit coagulum.*

69. *Etiam in altari insidiatorem.*] Subintelligendum, occidere licet. Agasicles Lacedæmoniorum rex aliquando adstans altari Mineruæ Chalciœcæ, bouemque immolans, cùm pediculus illum momordisset, non recessit, sed coram omnibus correptum occidit, hoc addens. *per Deos*, inquit, *libenter insidiatorem vel in altari.*

70. *Res dura visu, ast in malis mente est opus.*] In rebus formidolosis, recta sapere oportet.

71. *Etiam bætylon deuorasses.*] De vehementer voracibus. Est autem bætylus lapis inuolutus, quem Saturnus pro Ioue deglutijt.

72. *Mala lucra virtuti damnum adferunt.*] Apophthegma.

τῷ στόματι τοῖς ὄνυξι, καὶ ἐμβάλλουσιν εἰς τὸν κέραμον· καὶ αἱ μὲν ἐκ τοῦ βάρους ὠθοῦνται, καὶ ὑφιζάνουσι· τό γε μὴν ὕδωρ θλιβόμενον ἀναπλεῖ, καὶ πίνουσιν εὖ μάλα εὐμηχαίως εἰδότες φύσει τινὶ ἀποῤῥήτῳ, δύο σώματα μίαν χώραν μὴ δέχεσθαι· φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης εἰδέναι αὐτοὺς διαφορὰν γῆς εὐδαίμονός τε καὶ λυπηρᾶς· καὶ ἐν μὲν τῇ παμφόρῳ κατά γε ἀγέλας καὶ πλήθη φέρεσθαι· ἐν δὲ τῇ ἀγόνῳ καὶ στερίφῃ κατὰ δύο.

65. Κακοὶ κόρου οὐκ ἀνέχονται.] Ἐπὶ τῶν ἀναξίων εὖ πραττόντων, καὶ διὰ τοῦτο ὑβριζόντων.

66. Καὶ εἰς μάχαιραν κυβιστήσειεν.] Ἐπὶ τῶν θρασέων καὶ παραβόλων.

67. Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῆς κινεῖ λίθον.] Ἤτοι, Ἀπ' ἀρχῆς βάλλει.

68. Κακοὶ πίνουσι τῆς τιμωρίας τὴν ὁμίχλην.] Ἐπὶ τῶν καταξίως τιμωρουμένων· ὡς τὸ, Αὐτὸς ἐφεῦρε τοῦ κακοῦ τὴν πιτύαν.

69. Καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ τὸν ἐπίβουλον.] Λείπει, χρὴ κτείνειν. Ἀγασικλῆς ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐφεστὼς ποτε τῷ βωμῷ τῆς Χαλκιοίκου καὶ βουθυτῶν, ἐπειδὴ φθεὶρ αὐτὸν ἔδακεν, οὐ διετράπη· λαβὼν δὲ περιφανῶς ἐναντίον πάντων ἀπέκτεινε· προσειπὼν, νὴ τοὺς θεοὺς ἡδέως τὸν ἐπίβουλον καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ.

70. Κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλίᾳ φρένες.] Παρόσον ἐν τοῖς φοβεροῖς δεῖ φρονεῖν τὰ δέοντα.

71. Καὶ βαίτυλον ἂν κατέπιες.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν λίμβων. Βαίτυλος δέ ἐστιν ὁ ἐσπαργανωμένος λίθος, ὃν Κρόνος κατέπιεν ἀντὶ τοῦ Διός.

72. Κακὰ κέρδεα ζημίαν ἀρετῆς φέρει.] Ἀπόφθεγμα.

73. Κατα-

73. Καταφρόνει θανάτου.] Ὅτι οἱ πιστοὶ μεγίστην ἑαυτοῖς δόξαν περιποιοῦσι. Παραινετική.

74. Κανθάρου μελάντερος, καὶ Κανθάρου σοφώτερος.] Ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων· Κάνθαρος γάρ τις πονηρὸς ἐγένετο· ὁ Κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι· σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν ἣν κυλίει· ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμέρας τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτήν, εἶτα μέντοι τῆς ἐπὶ ταύτης προάγει τὸν νεοττόν. Αἰγυπτίων δὲ οἱ μάχιμοι ἐπὶ τῶν δακτυλίων εἶχον ἐγκεγλυμμένον κάνθαρον· αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, δεῖν ἄρρενας εἶναι πάντας πάντη τοὺς μαχομένους ἐπὶ τῆς χώρας. ἐπεὶ καὶ ὁ κάνθαρος θηλείας φύσεως οὐ μετείληχεν.

75. Κάμηλος ψωρῶσα, πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία.] Ἐπὶ τῶν ἐν γήρᾳ μὲν ὄντων ἢ δυστυχίαις· πολλῶν δὲ ἀμεινόνων ὄντων.

76. Καρκῖνος λαγὼν αἱρεῖ.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

77. Κατὰ μυὸς ὄλεθρον.] Ἐπὶ τῶν κατὰ μικρὸν ἀπορρεόντων καὶ ὑπεκχωρούντων τοῦ βίου· οἱ γὰρ μῦς ἀποθνήσκοντες καθ' ἑαυτοὺς καὶ ἐκ μηδεμιᾶς ἐπιβουλῆς, ἀπορρεόντων αὐτοῖς τῶν μελῶν, κατὰ μικρὸν ἀπέρχονται τοῦ βίου. λέγουσι δὲ αὐτοὺς καὶ λαγνιστάτους εἶναι· καὶ μαρτυρεῖ Κρατῖνος ἐν Δραπέτισι·

Φέρε νῦν σοι ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω,
Ξενοφῶντος·

Ὁ δὲ θῆλυς εἰς τὰ ἀφροδίσια λυττικὸς, ὡς Ἐπικράτης φησί·

Τελείως δ' εὖ με ὑπῆλθεν ἡ κατάρατος μαστροπὸς,
Ἐπομνύουσα τὴν Κόραν, τὴν Ἄρτεμιν, τὴν Φερέφατταν,

73. *Mortem contemne.*] Quòd tales magnam sibi gloriam comparent. Estque parænetica sententia.

74. *Cantharo nigrior. Et: Cantharo callidior.*] De improbis & morosis. Cantharus enim prauus quidam vir fuit. Cantharus autem animal fœminam non habet, semen autem emittit in fimi pilam, eamque volutat per dies viginti octo & calefacit, intra quod tempus fœtum producit. Ægyptiorum bellicosissimi quique scarabæum annulis insculptum habebant: id legislatore innuente, omnes masculos esse oportere, & vbique loci pugnantes; quòd scarabæus fœmineum sexum non sit sortitus.

75. *Camelus scabiosa multorum asinorum tollit onera.*] De ijs, qui licet sint senes, aut rebus aduersis afflicti, multis tamen virtute præstant.

76. *Cancer leporem tollit.*] De factu impossibilibus.

77. *Iuxta muris interitum.*] De ijs, qui paulatim diffluunt, vitaque discedunt. Mures enim ex sese, nulla aliundè vi illata, moriuntur; membrisque ipsis defluentibus, paulatim è vita abeunt. Ferunt autem illos salacissimos esse. quod Cratinus in Fugitiuis testatur:

Age nunc sereni ab axe fulminans poli,
Xenophontici muris libidinem obteram.

Fœmina mus in libidinem insanit, vt ait Epicrates:

Impura nos adorta lena est denique.
Per Persephattam, ipsam & Dianam deierans,

Esse

Esse hanc iuuencam virginem, & pullum iugo
Nondum adsuetum; at murium erat merum cauum.

Supra modum enim eius salacitatem attollere volens, illam totam *μυωνίαν*, hoc est, cauum murium appellauit. Et Philemon:

Mus albus illam si quis: at fari pudet:
Mox lena voce tam potenter intonat,
Vt sæpius latere iam fas non siet.

78. *Malorum panegyris.*] De malorum multitudine.

79. *Cadmea victoria.*] Quæ cum damno obtingit. Eteocles enim & Polynices, filij Oedipodis, (siue vt quidam volunt, Cadmi) in cuius regnum vt filij successerant, inter se pactum fecerunt, vt singuli suis temporibus vicissim regnarent. Cumque iam regnum obtineret Eteocles, noluit Polynicem ex pacto regnare, belloque sese mutuo confecerunt, & cum damno vicerunt, quando alter alterum de medio sustulit.

80. *Etiam Sphaceli immunitatem præstant.*] Ferunt Pisistratum cùm Hymettorum tractum transiret, videretque senem petras & lapidosam terram excolentem, misisse famulum, qui ab eo quæreret, quosnam fructus ille collecturus esset, qui talem terram excoleret. Illo autem respondente, dolores, & sphacelos, & illorum duodecimam partem pro vectigali Pisistrato pendere: illum delectatum ingenio viri, & libertate responsi, immunitatem illi concessisse loci.

81. *Malum Tenedium.*] De valdè acerbis & ineuitabilibus.

82. *Vt malè aut secus audias penes te est.*] Similis huic: Tu ipsemet tuæ vel laudis vel vituperationis causa existis.

Ὡς δάμαλις, ὡς παρθένος, ὡς πῶλος ἀδμής.
Ἦν δ' ἄρα ἣν μυωνία·

Εἰς ὑπερβολὴν δὲ λαγνιστάτην αὐτὴν εἰπεῖν θέλων, μυωνίαν ὅλην ὠνόμαζε· καὶ Φιλήμων· μῦς λευκὸς

Ὅταν τις αὐτὴν, ἀλλ' αἰσχύνομαι λέγειν,
Κέκραγε τηλικοῦτον ἡ κατάρατος
Μαστρωπὸς, ὥστ' οὐκ ἔστι πολλάκις λαθεῖν.

78. Κακῶν πανήγυρις.] Ἐπὶ πλήθους κακῶν.

79. Καδμεία νίκη.] Ἡ ἐπὶ κακῷ νίκη. Ἐτεοκλῆς γὰρ καὶ Πολυνείκης υἱοὶ Οἰδίποδος, τινὲς δὲ Κάδμου, οὗ τὴν βασιλείαν οἱ καὶ υἱοὶ διεδέξαντο, συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους ἕνα καὶ ἕνα χρόνον βασιλεύειν αὐτούς· βασιλεύσας δὲ ὁ Ἐτεοκλῆς οὐκ ἐβούλετο Πολυνείκην κατὰ τὸ δόξαν βασιλεῦσαι, καὶ τῷ πολέμῳ ἀλλήλους διεχρήσαντο, καὶ ἐπὶ κακῷ νενικήκασιν· ὅτι ὁ ἕτερος ἀνεῖλε τὸν ἕτερον.

80. Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν.] Πεισίστρατόν φασι τὸν τύραννον, τὴν τῶν Ὑμηττίων χώραν διεξιόντα καὶ ἰδόντα πρεσβύτην πέτρας καὶ λιθώδεις τόπους ἐργαζόμενον, πέμψαντα τὸν οἰκέτην πυθέσθαι αὐτοῦ, τίνας καρποὺς ἀναιρούμενος τοιαῦτα γεωργοίη χωρία· τοῦ δὲ φήσαντος, ὀδύνας καὶ σφακέλους, καὶ τούτων τὴν δωδεκάτην τῷ Πεισιστράτῳ τελεῖν· ἀγασθέντα τὸν τρόπον αὐτοῦ, καὶ τὴν παρρησίαν, ἀτέλειαν αὐτῷ τοῦ χωρίου δοῦναι.

81. Κακὸν Τενέδειον.] Ἐπὶ τῶν πάνυ σκληρῶν καὶ ἀπαραιτήτων.

82. Κακῶς ἀκούειν πρός σέ ἐστι.] Ἀντὶ τοῦ, Σὺ εἶ σαυτῷ καὶ τοῦ ἐπαινεῖσθαι καὶ τοῦ ψέγεσθαι αἴτιος.

83. Καθ'

83. Καθ' ὕδατος γράφεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτοις ἐπιχειρούντων.

84. Καὶ Ἡρακλῆς παρὰ τῶν ἀναισθήτων ἰσχὺν ἐλάμβανεν.] Ὅτι καὶ ἀπ' ἐλαχίστων ἐστὶν εὑρεῖν τι ἀγαθόν.

85. Καρικὴ μοῦσα.] Ἐπὶ τῶν ἀλλογενῶν, ἤτοι Σκυθῶν.

86. Καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντης.] Ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν τι ποιούντων.

87. Κἂν αἲξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν.

88. Κακὸν ἄγγος οὐ κλᾶται.] Παραπλήσιαι τῇ, Κακὸς ἀνὴρ μακρόβιος.

89. Κατὰ θεὸν ἥκεις.] Ἀντὶ τοῦ, ἐγκαίρως.

90. Κατὰ βοὸς εὔχου.] Ἐπὶ τῶν μέγα βοώντων· Ἢ ἐπὶ τῶν εὐχομένων ἐφ' ὧν οὐ δεῖ.

91. Καύνιος ἔρως.] Ἐπὶ τῶν μὴ κατορθουμένων ἐπιθυμιῶν· Καύνου γὰρ ἐρασθεῖσα ἡ ἀδελφὴ καὶ μὴ τυχοῦσα τοῦ ἔρωτος, ἀνεῖλεν ἑαυτήν.

92. Κατὰ ποδὸς βάσιν.] Ἐπὶ τῶν κατὰ μικρόν τι πραττόντων, καὶ μετὰ τέχνης· ὁμοία τῇ, Ἐν νυκτὶ βουλή.

93. Κανθάρου σκιά.] Ἐπὶ τῶν φοβουμένων ἔνθα οὐ δεῖ.

94. Κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πάσχειν ἀεί.]

95. Κἂν ἀπὸ νεκροῦ φέρῃ.] Ἐπὶ τῶν κερδαινόντων ἐκ πενήτων ἢ τεθνεώτων.

96. Κακὴ γὰρ αἰδὼς, ἔνθ' ἀναίδεια κρατεῖ.] Διφίλου ἡ γνώμη.

97. Σμικρὰ παλαιῶν σώματ' εὐνάζει ῥοπή.] Τοῦτο περὶ γερόντων ὁ Σοφοκλῆς εἴρηκεν χαριέντως. Καταγωγὴ γὰρ ἔοικεν ὁ γεροντικὸς θάνατος, ἐκβολὴ δὲ καὶ ναυάγιόν ἐστιν ὁ τῶν νέων. Ἐκπίπτει γὰρ ἡ ψυχὴ, βίᾳ συντριβομένου τοῦ σώματος.

83. *In aqua ſcribis.*] De ijs, qui factu impoſſibilia aggrediuntur.

84. *Etiam Hercules vires à ſenſu carentibus accepit.*] Quòd etiam à minimis & abiectiſſimis boni quidpiam ſubinde aſſequi liceat.

85. *Carica Muſa.*] De alienigenis, ſiue Scythis.

86. *Contra ſemet Bellerophontes.*] De ijs, qui ſibiipſis malum adferunt.

87. *Etiam capra improbum hominem mordeat.*]

88. *Malum vas non frangitur.*] Similis illi: *Malus vir longæuus.*

89. *Diuinitus aduenis.*] Hoc eſt, in tempore.

90. *Taurina voce opta.*] De ijs, qui altùm vociferantur. Aut: *Contra bouem opta.* Quando ea optantur quæ non oportet.

91. *Caunius amor.*] In animi cupiditates non rectas. Cùm enim Caunium ſoror amaret, neque amore illius potiri liceret, ſeipſam interemit.

92. *Pedetentim.*] De ijs, qui paulatim quid faciunt, & ex arte. Similis illi: *In nocte conſilium.*

93. *Scarabæi vmbra.*] De metuentibus vbi non oportet.

94. *Malum virum ſemper pati malum decet.*] Euripidis.

95 *Vel à mortuo tributum auferat.*] De ijs, qui per pauperes vel mortuos ditantur.

96. *Malus pudor regnum impudentia vbi tenet.*] Diphyli ſententia.

97. *Sopit puſillus corpora impulſus ſenum.*] De ſenibus ita facetè Sophocles: abductio enim ſenis videtur mors, iuuenum autem expulſio ſiue naufragium. Excidit quippe hiſce anima, per vim corpore afflictato.

98. *Tempus anima rei.*] Glauconis.

99. *Callippus currit.*] De ijs, qui multa meditantur, pauca autem præstant: talis enim Callippus fuit.

100. *Amare oportet tanquam osuros, & odisse tanquam amaturos.*] Catonis.

CENTVRIA XI.

1. A*Vdire nempe quam loqui præstat male.*] Cleanthis.

2. *Honesta paupertas prior quàm opes malæ; Miseramur istam namq;, at eas reprendimus.*] Cratonis, aliàs Antiphani.

3. *Vultus speculum index ferreum, mentis merum.*] Æschyli.

4. *Post festum venis.*] De ijs, qui præstanti quapiam re sua cunctatione frustrantur.

5. *Lucrum malis est æquitate antiquius.*] In lucri cupidos.

6. *Ignem dissecas.*] De impossibilibus. Similis huic: *In petris seminas.*

7. *Cassioticus nodus.*] De ijs, qui moribus sunt prauis & peruersis. Cassiotæ enim nodos quosdam indissolubiles comminiscuntur.

8. *Malus prouentus.*] De ijs, qui præstanti quapiam re frustrantur; aut mercedem constitutam post coitum ferunt.

9. *Nodum soluis.*] De ijs, quæ solutu sunt difficilia. Historia est de curru.

10. *Etiam quercus bacchatur.*] De ijs, qui difficulter, & non nisi vi quapiam adhibita, demulcentur. Aiunt enim quercum Orphea adamasse cantus gratiâ.

11. *Cancer rectè incedere non didicit.*] In eos, qui semper eodem modo se erga aliquod malum habent. Pinna animal marinum est, ex concharum genere: hiat au-

98. Καιρὸς ψυχὴ πράγματος.] Γλαύκωνος.

99. Κάλλιππος τρέχει.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ μελετώντων ποιῆσαι, ὀλίγα δὲ δρώντων. τοιοῦτος γὰρ ὁ Κάλλιππος.

100. Καὶ φιλεῖν δεῖ, ὡς καὶ μισήσοντας· καὶ μισεῖν, ὡς καὶ φιλήσοντας.] Κάτωνος.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΙΑ'.

1. ΚΑκῶς ἀκούειν κρεῖσσον ἢ λέγειν κακῶς.] Κλεάνθους.

2. Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς.] Κράτωνος.

3. Κάτοπτρον εἴδους χαλκός ἐστιν, οἶνος δὲ νοῦ.] Αἰσχύλου.

4. Κατόπιν ἑορτῆς ἥκεις.] Ἐπὶ τῶν καλοῦ πράγματος ἀπολιμπανομένων.

5. Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.] Ἐπὶ τῶν φιλοκερδῶν.

6. Κατὰ πυρὸς ξαίνεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων· ὁμοία τῇ, Κατὰ πυρὸς σπείρεις.

7. Κασσιωτικὸν ἄμμα.] Ἐπὶ τῶν σκολιῶν τοὺς τρόπους, οὗτοι γὰρ ἄμματά τινα δύσλυτα ἐπιτεχνάζονται.

8. Κακὴ πρόσοδος.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ καλοῦ πράγματος ἀπολειπομένων. ἢ ἐπὶ τῶν μετὰ τὴν μίξιν τὸν συγκείμενον μισθὸν κομιζομένων.

9. Καὶ ἄμμα λύεις.] Ἐπὶ τῶν δυσλύτων· ἀπὸ τῆς ἁμάξης ἡ ἱστορία.

10. Καὶ δρῦς μαινὰς ἐγένετο.] Ἐπὶ τῶν μόγις κηλουμένων βίᾳ ἤτινοῦν· φασὶ γὰρ καὶ δρυῶν ἐρασθῆναι Ὀρφέως, ᾠδῆς ἕνεκεν.

11. Καρκῖνος ὀρθὰ βαδίζειν οὐ μεμάθηκεν.] Ἐπὶ τῶν ἀεὶ ὡσαύτως ἐχόντων περί τι φαῦλον· ἡ πίννα, θαλάττιον ζῶον, καὶ ἔστιν τῶν ὀστρείων· κέχηνε δὲ τῇ

διαστάσει τῶν περικειμένων ὀστράκων, καὶ προτείνει σαρκίον ἐξ ἑαυτῆς οἱονεὶ δέλεαρ τῶν ἰχθύων τοῖς παρανηχομένοις· ὁ καρκίνος δὲ αὐτῇ παραμένει σύντροφός τε καὶ σύννομος. οὐκοῦν ὅταν τι τῶν ἰχθύων προσνέῃ, ὅδε ὑπένυξεν ἡσυχῇ αὐτήν· καὶ ἡ πίννη μᾶλλον ἀνέωξεν ἑαυτὴν καὶ ἐδέξατο ἔσω τοῦ ἐπιόντος ἰχθύος τὴν κεφαλήν· καθίησι δὲ ὡς ἐπὶ τροφῇ, καὶ ἐσθίει αὐτήν.

21. Καὶ μία μείζων βία τῶν Μηνιάδων.] Ἐπὶ τῶν ἀφορήτοις περιπεσόντων δεινοῖς. Εὐφορίων λέγει τὴν Σάμον ἐν τοῖς παλαιοτάτοις χρόνοις ἐρήμην γενέσθαι· φανῆναι δὲ ἐν αὐτῇ θηρία μεγέθει μὲν μέγιστα, ἄγρια δὲ προσπελάσαι. καλεῖσθαι δὲ Μηνιάδας. ἅπερ οὖν καὶ μόνῃ τῇ βοῇ ἐρρήγνυ τὴν γῆν· κἀντεῦθεν διαῤῥεῖν λέγεται τὴν παροιμίαν ἐν Σάμῳ.

13. Καρικὸς τράγος.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν.

14. Καρικὸς τάφος.] Ἐπὶ τῶν πολυτελῶν· ὁ δὲ τάφος ἦν Μαυσώλου.

15. Καλαμαραδικὸς Γάδαρος.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐκεῖ ὄνοι.

16. Καθώσπερ αἱ τίτθαι σιτίζεις κακῶς.] Ἐπὶ Κλέωνος ἐῤῥήθη, ὃς ὀλίγα τῷ δήμῳ χαριζόμενος, τὰ πλείω ἐκέρδαινε· λέγεται δὲ, ὅταν προφάσει τινὸς λαμβάνων τις χρήματα κατεσθίῃ αὐτά. αἱ γὰρ τίτθαι διαμασώμεναι τὰς τροφὰς, ἐξαίρουσι τοῦ στόματος, τοῖς τῶν παιδίων ἐντιθέασιν. εἶτα συμβαίνει αὐτὰς, ὀλίγα μὲν τοῖς παιδίοις διδόναι, τὰ πλείω δὲ κατεσθίειν.

17. Καρκῖνον δασύποδι συγκρίνεις.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἀνόμοια παραβαλλομένων.

18. Καρπάθιος τὸν λαγωόν.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς ἐφελκομένων εἰς κακά. νησιῶται γὰρ ὄντες οἱ Καρπάθιοι, ἐπήγαγον τὸν λαγωὸν, ὡς σπάνιον· οἱ δὲ πολλοὶ γενόμενοι, τοὺς καρποὺς αὐτῶν διέφθειρον.

tem dissidentibus vtrinque conchis, & carunculæ aliquid ex se protendit, quod escæ instar est piscibus adnantibus. Cancer autem apud illam manet; quippe qui vnà cum ipsa alitur pasciturque. Cùm igitur iam piscium aliquid adnarit, ille tacito eam morsu admonet, ac tum prima magis magisque sese aperit, & aduenientis piscis caput intra conchas suas recipit, illumque deuorat.

12. *Vel vna vis Meniadum potentior.*] Euphorion ait, veteribus temporibus Samum desertam fuisse factam, in eaque animalia maxima comparuisse, & ad congrediendum valdè ferocia, illaque Meniadas vocitata, quæ sola voce terram rumpebant. Atque hinc parœmia in Samo fluxisse fertur.

13. *Caricus hircus.*] De rebus vilibus.

14. *Caricum sepulchrum.*] De rebus sumptuosis. Fuit enim sepulchrum illud Mausoli.

15. *Calamaradicus Gaditanus.*] De magnis. Tales enim illic asini.

16. *Nutricum instar male cibas.*] De Cleone dictum est: qui cùm in paucissimis populo gratificaretur, multa ipsemet in lucrum suum conuertebat. Vsurpatur autem quando quis alicuius rei gratiâ acceptam cuiuspiam pecuniam consumit. Nam nutrices nutrimenta mandentes, ore suo extrahunt, & puerorum imponunt: unde contingit, illas pauca pueris dare, plura autem ipsas edere.

17. *Cancrum lepori comparas.*] De ijs, qui dissimilia inter se comparant.

18. *Carpathius leporem.*] In eos, qui sibiipsis mala accersunt. Carpathij enim insulani leporem ad se tanquam rem raram induxerunt. Quod animal in plura multiplicatum, illorum segetes corrupit.

19. *Malum donum noxæ simile.*]

20. *Secundo æstu fertur.*] De ijs, qui prosperè nauigant, aut feliciter agunt.

21. *Etiam quod melius est, in deterius desinit.*]

22. *Ad capras syluestres.*] Simile, *Ad coruos.*

23. *Mala res thripes, mala res ipes.*] Ambo enim vermes noxij: nam illi ligna, hi cornu exedunt.

24. *Cercopizare.*] Hoc est, decipere & dolosè agere; ductum à Cercopibus: ita enim illi viri appellabantur, quorum nomina Æschines Sardianus in iambis, Andulum & Atlantum illos vocitans, describit. Xenagoras autem Pithecos eos appellat, & ab illis Pithecas insulas nomen accepisse ait. Hos Hercules vltus est propter furto sublatos Geryonis boues.

25. *Impelle equum ad metam.*] Hoc est, ad propositum redi. νύσσα enim meta est, circa quam equites, postquam cursu peruenissent, flectebant, & ad carcerem reuertebantur. Primus autem eò perueniens, tænia caput cingebatur.

26. *Inanes inania consultant.*]

27. *Inani spe calescit.*] In frustrà sperantes.

28. *Lucrum probro potius est.*] In illos, qui propter commodum dedecore sibi conciliato, ab illo non auertuntur.

29. *Cercyræum flagellum.*] De grandibus flagellis: talia enim Cercyræi habebant.

30. *Turpe lucrum grauis thesaurus.*]

31. *Inanes currus agis.*] De ijs, qui sine gubernatoribus inordinatè feruntur. Homerus:

Quadrupedes belli ad portas sine pondere currus

19. Κακὸν δῶρον ἴσον ζημίᾳ.]

20. Κατὰ ῥοῦν φέρεται.] Ἐπὶ τῶν εὐπλοούντων καὶ εὐτυχούντων.

21. Καὶ τὸ ἄμεινον εἰς τοὐναντίον ἀποτελευτᾷ.

22. Κατ᾽ αἶγας ἀγρίας.] Ὁμοία τῇ, Ἐς κόρακας.

23. Κακὰ μὲν θρίπες, κακὰ δὲ ἶπες.] Ἄμφω γὰρ λυμαντικοί· καὶ οἱ μὲν τὰ ξύλα, οἱ δὲ τὰ κρέατα ἐσθίουσι.

24. Κερκωπίζειν.] Ἀντὶ τοῦ, ἀπατᾶν καὶ δολιεύεσθαι· μετήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν Κερκώπων, οὕτω λεγομένων ἀνδρῶν. ὧν τὰ ὀνόματα ἀναγράφει Αἰσχίνης ὁ Σαρδιανὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις, Ἄνδουλον καὶ Ἄτλαντον αὐτοὺς ὀνομάζων. Ξεναγόρας δὲ Πιθήκους αὐτοὺς καλεῖ, ἐξ ὧν κληθῆναι καὶ τὰς Πιθηκίνους νήσους· τούτους ἐτιμωρήσατο Ἡρακλῆς, διὰ τὴν κλοπὴν τῶν βοῶν τοῦ Γηρυόνου.

25. Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν.] Ἤτοι, πρὸς τὸ προκείμενον ἐπάνηκε· νύσσα δέ ἐστιν ὁ καμπτὸς, καθ᾽ ὃν οἱ ἱππεῖς δρόμῳ φθάνοντες, ἔκαμπτον, καὶ εἰς τὴν ὕσπληγγα ἐπανήρχοντο· ὁ δὲ πρῶτος φθάσας ἐταινιοῦτο.

26. Κενὰ κενοὶ βουλεύονται.]

27. Κεναῖσιν ἐλπίσι θερμαίνεται.] Ἐπὶ τῶν μάτην ἐλπιζόντων.

28. Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον.] Ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος αἰσχύνην προσπεριζόντων ἑαυτοῖς καὶ μὴ ἐπιστρεφομένων ταύτης.

29. Κερκυραία μάστιξ.] Ἐπὶ τῶν μεγάλων μαστίγων· τοιαύτας γὰρ εἶχον οἱ Κερκυραῖοι.

30. Κέρδος αἰσχρὸν, βαρὺ κειμήλιον.]

31. Κενὰ κροταλίζεις ὄχη.] Ἐπὶ τῶν ἄνευ κυβερνητῶν ἀτάκτως κινουμένων. Ὅμηρος·

--- πολλοὶ δ᾽ ἐριαύχενες ἵπποι.

Κεῖν᾽

Κεῖν' ὄχεα κροτάλιζον ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας,
Ἡνιόχους ποθέοντες ἀμύμονας· οἱ δ' ἐπὶ γαίῃ
Κείατο γύπεσιν πολὺ φίλτεροι ἢ ἀλόχοισιν.

32. Κεραμεοῦς ἄνθρωπος.] Ἐπὶ τοῦ σαθροῦ.

33. Κενταύρων ὕβριν μεμίμηται.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ πλούτῳ γαυριώντων καὶ ὑβριζόντων· λέγεται τοὺς κενταύρους, ὡς θηρία ἐγένοντο· καὶ ἵππου μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς· εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτον θηρίον γενέσθαι, ἀδυνάτοις πιστεύει· οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρὸς, οὔτε ἡ μορφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου, δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν· εἰ δὲ τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν ἂν ὑπῆρχε. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλείῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει· εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα καλιόντες οἱ ταῦροι, ἔσινον τὰ δένδρα καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια διέφθειρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς εἴ τις οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ δώῃ χρήματα πάμπολλα· νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπερορίας, ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι· πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσταντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον ἅρμασιν ἐχρῶντο· οὕτως δὲ ἀναβάντες, τοὺς κέλητας ἤλαυνον ἐφ' οὓς οἱ ταῦροι ἦσαν, καὶ ἐπεισβαλέντες ἐν τῇ ἀγέλῃ, ἠκόντιζον· καὶ ὅτε μὲν ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ταύρων, ἔφυγεν οἱ νεανίαι. ποδωκέστεροι γὰρ ἦσαν οἱ ἵπποι· ὅτε δὲ ἔστησαν οἱ ταῦροι, ὑποστρέφοντες ἠκόντιζον· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀνεῖλον αὐτούς· καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους ἐκέντουν· οὐδὲν

Raptant, & cupido rectores corde requirunt:
Vulturibus sed enim grati mage, quam priùs ipsis
Coniugibus, tellure iacent.

32. *Figularis homo.*] De homine debili.

33. *Centaurorum iniuriam imitatus est.*] In eos, qui in diuitijs suis nimiùm gloriantur, atque prætereà in alios iniuriosi sunt. Ferunt centauros fera animalia fuisse, totamque corporis formam ad equi modum, excepto capite, habuisse. Cæterùm qui credit tale animal nasci, impossibilia credit: neque enim natura equi & hominis inter se conuenit, neque idem vtrique nutrimentum; neque fieri potest, vt per os & iugulum humanum equi nutrimentum descendat. Si autem talis aliquando forma fuisset, etiam nunc nempe esset. Cæterùm rei veritas ita se habet. Sub Ixione rege Thessaliæ in monte Pelio taurorum grex in feritatem actus fuit, ita vt reliquos montes inuios redderet: in loca enim culta tauri descendentes, arbores fructusque concutiebant, & iumenta perdebant. Præconio igitur Ixion edixit, vt si quis tauros caperet, illi ingentem pecuniæ vim donaret. Iuuenes autem ex locis montanis superioribus, & pago quodam Nephele nominato, equos celeres docere excogitant (priùs enim non didicerant equis vectari, sed solùm curribus vtebantur) sicque conscensis equis, vbi tauri erant eò illos impellebant: & impetu in gregem facto, iaculis illum incessebant, & quando tauri illos insequebantur, iuuenes aufugiebant (velociores enim equi erant) quando autem tauri consistebant, reuersi iacula in illos mittebant: & hoc modo eos sustulerunt, nomenque inde Centauri acceperunt, quòd tauros ἐκέντουν,

hoc est, iaculis seu stimulis impetebant. Nam alioqui nihil in tauro est quod ad centauros pertineat, sed equi & viri figura à facto scilicet isto est comparata. Centauri igitur Ixionis pecunijs acceptis, insolentiùs ob hoc facinus diuitiasque sese gerentes iniuriosi ac superbi effecti multa mala perpetrarunt, etiam contra ipsum Ixionem, qui vrbem Larissæ nomine nuncupatam incolebat. Qui autem tunc tractum illum habitabant, Lapithæ appellabantur; à quibus centauri ad conuiuium vocati, vnà epulati, iamque ebrij facti, illorum mulieres rapiunt, & equis imponentes fugientesque, illas ad sedes suas, vnde eruperant, prouexerunt. Bellum igitur illi cum Lapithis susceperunt, & de nocte in loca plana descendentes, insidias illis struebant: die autem facto, cursu montes repetebant: quibus ita discedentibus cùm equorum caudæ & hominum capita duntaxat apparerent, inusitato spectaculo viso, homines dicebant, Centauri ex nube descendentes, multis nos malis afficiunt. Ex hac igitur specie & illorum dicto fabula conficta est, quòd ex Nephele pago montano, equus simul & homo orti essent.

34. *Versatum est dolium.*] In eos, qui vt alios æmulentur, multa incasso labore attentant.

35. *Cercyonum libertas.*] De ijs, qui nullius dominio subiecti esse volunt. Gignitur in Indijs auis, nomine Cercyon, magnitudine sturni, varij coloris, humanæ vocis æmulatrix, multoque psittacis vocalior & astutior. Non libenter pabulum ab hominibus expectat, sed libertatis desiderio, aliarumque auium, quibus vnà pasci consueuerat, cupiditate famem potiùs amplectitur, quàm seruitutem cum nutrimenti delitijs. Cercyon autem vocatur, quòd vltimam spinæ dorsi partem moueat, sicut & motacillæ.

36. *Mugil ieiunat.*] In valdè voraces. Inexplebile enim hoc animal.

72. *Antehac existimabam te cornua habere.*] De ijs, qui fortitudinis existimationem sunt consequuti.

73. *Ad follem exercetur.*] De ijs, qui inaniter laborant.

74. *Ex ocio negocia.*] De ijs, quæ præter opinionem accidunt.

75. *Ante victoriam canis encomium.*] In eos, qui res præueniunt. Similis illi: *Salsuginem misces antequam pisces ceperis.*

76. *Prius testudo leporem præcurret.*] De impossibilibus.

77. *Ouium nulla vtilitas, si pastor absit.*] De necessario.

78. *Antequam pisces ceperis, muriam misces.*]

79. *Ad inanem canis.*] De ijs, qui frustra laborant.

80. *Prius duo echini marinus ac terrestris in amicitiam coëant.*]

81. *Oues canibus objicientes.*] In eos, qui ocio gaudentes sycophantis objiciunt.

82. *Ante lupus ouem pascat.*] De eo quod fieri nequit.

83. *Mitior columba.*] De mansuetis.

χρημάτων ἐφ' ὥρᾳ τῷ σώματι, τ' ἢ Κικέρωνα λοιδορῦντος εἰς μαλακίαν, καὶ κίναιδον ἀποκαλῦντος, εἶπε τῦτο Κικέρων.

70. Προμέρυ κύνες.] Τῦτον οἰκέτην ὄντα βασιλικὸν, μισῆσαι καθ' ὑπερβολὴν τῶν τραγῳδιῶν τ' ποιητὴν Εὐριπίδην· ἐπαφεῖναί τε αὐτῷ κύνας ἀγρίας· οἳ τὸν Εὐριπίδην κατεθοινήσαντο.

71. Πρόκριδος ἄκοντα.] Ἐπὶ τῶν πάντα νικώντων· τῦτο γὰρ ἔχων ἡ Πρόκρις, πάντα ἐνίκα.

72. Πρὸ τύτυ σε ᾤμην κέρατα ἔχειν.] Ἐπὶ τῶν ἀνδρείας ὑπόληψιν ἐχόντων.

73. Πρὸς κώρυκον γυμνάζεται.] Ἐπὶ τ' διακενῆς μοχθύτων.

74. Πράγματα ἐξ ἀπραξίας.] Ἐπὶ τ' παρὰ δόξαν συμβαινόντων.

75. Πρὸ τῆς νίκης ᾄδεις ἐγκώμιον.] Ἐπὶ τῶν προλαμβανόντων τὰ πράγματα. ὁμοία τῇ, Ἅλμην τι κυκᾷς πρὶν τὺς ἰχθύας ἕλοις.

76. Πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα.] Ἐπὶ τ' ἀδυνάτων.

77. Προβάτων ὐδὲν ὄφελος, ἐὰν ποιμὴν ἀπῇ.] Ἐπὶ τῦ ἀναγκαίυ.

78. Πρὶν τὺς ἰχθύας ἑλεῖν, τὴν ἅλμην κυκᾷς.]

79. Πρὸς κενὸν ψάλλεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

80. Πρὶν κεν δύο ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθητον· ὁ μὲν ἐκ πελάγυς, ὁ δ' ἐκ χερσαίυ.] Ἐπὶ τῦ ἀδυνάτυ καὶ ἀνομοίυ.

81. Προβάλλοντες κυσὶν ἄρνας.] Ἐπὶ τῶν τὺς ἀπράγμονας παραδιδόντων συκοφάνταις.

82. Πρίν κε λύκος οἶν ποιμαίνῃ.] Ἐπὶ τῦ ἀδυνάτυ.

83. Πρᾳότερος περιστερᾶς.] Ἐπὶ τ' ἐπιεικῶν.

84. Πρὸς

84. Πρὸς Κᾶρα καρίζεις.] Ὡς καὶ τὸ, Πρὸς Κρῆτα κρητίζεις.

85. Πρὸς σῆμα μητρυιᾶς κλαίει.] Ἐπὶ τοῦ ἀφροντίστου ἢ προσποιουμένου.

86. Πρὸς κέντρα λακτίζεις.] Ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς βλαπτόντων.

87. Πρὸς λέοντα δορκάδες συνάπτουσι μάχας.] Ἐπὶ τῶν ἐριζόντων πρὸς κρείττονα.

88. Πτερυγίζεις.] Ἐπὶ τῶν ἐπηρμένων καὶ ἀνύσαι τι μὴ ἰσχυόντων· εἴληπται ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀποβαλλομένων μὲν πέτεσθαι νεοσσῶν, μὴ δυναμένων δὲ, καὶ εἰς γῆν πιπτόντων.

89. Πτολεμαῒς δίκη.] Ἐπὶ τῶν ἀναβαλλομένων· πρεσβῦτις δὲ ἦν ἡ Πτολεμαῒς· ἄχρις οὗ ἀποθάνοι δίκας λέγουσα, καὶ ἀεὶ ὑπερτιθεμένη· διὰ τὸ μηδέποτε βούλεσθαι ἀπαλλαγῆναι τοῦ δικάζεσθαι.

90. Πτωχότερος Κιγκάλου.] Κίγκαλος πτηνὸν γυμνόν.

91. Πτερὸν ἀετοῦ πτεροῖς ἄλλων μιγνύεις.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἄμικτα μιγνυόντων. Τὸν ἀετὸν οὐ μόνον παρόντα καὶ ζῶντα δέδοικε τὰ ὄρνεα καὶ καταπτήσσει φανέντος, ἀλλὰ καὶ τὰ πτερὰ ἐκείνου, ἐάν τις τοῖς τῶν ἄλλων συναναμίξῃ, τὰ μὲν τοῦ ἀετοῦ μένει ὁλόκληρα καὶ ἀνεπιβούλευτα· τὰ δὲ ἕτερα κατασήπεται, τὴν πρὸς ἐκεῖνα κοινωνίαν οὐ φέροντα.

92. Πτίσσε πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· οὐ γὰρ πτίσσεις Ἀνάξαρχον.] Οὗτος συλληφθεὶς ὑπὸ Ἀρχελάου τοῦ τυράννου, καὶ βληθεὶς ἐν ὅλμῳ, ἐπτίσσετο μοχλῷ ξυλίνῳ· πτίσσεσθαι δέ ἐστι τὸ δίκην πτισάνης τύπτεσθαι· ἔνθεν καὶ πτισάνη, παρὰ τὸ πτίσσεσθαι· πτισσόμενος δὲ, οὕτως ἔφη· αἰνιττόμενος οἷα φιλόσοφος δήπου, τοῦ σώματος μηδένα λόγον ποιεῖσθαι.

93. Πτωχοῦ φίλοι οὐδ᾽ οἱ γεννήτορες.]

84. *Cum Care Carizas.*] Vt Cum *Cretensi Cretizas.*

85. *Ad sepulchrum nouercæ plorat.*] De illo, cui rei cuiuspiam nulla est cura: aut de illo, qui aliquid fictè agit.

86. *Contra stimulum calcitras.*] In eos, qui semetipsos lædunt.

87. *Aduersus leonem damæ pugnam ineunt.*] De ijs, qui cum fortioribus contendunt.

88. *Iactas alas.*] De ijs, qui ad aliquid faciendum efferuntur, nihil tamen efficere possunt; sumpta translatione ab auium pullis volare conantibus; cum tamen non possint, & in terram decidant.

89. *Ptolemaica lis.*] De procrastinantibus. Ptolemais vetula erat, quæ vsque ad obitum in iudicio litigabat, quæsitis semper dilationibus, quod nunquam vellet à litibus liberari.

90. *Mendicior Cincalo.*] Cincalus auis nuda.

91. *Aquilæ pennam cum aliarum auium pennis misces.*] De ijs, qui non miscenda miscent. Aquilam non solum præsentem viuamque reliquæ aues timent, & vel conspecta trepidant: verum etiam si quis pennas eius aliarum auium pennis admisceat, aquilæ quidem integræ manent & sine damno, aliæ autem commercium illarum non ferentes computrescunt.

92. *Pinse pinse Anaxarchi folliculum, neque enim ipsum Anaxarchum pinses.*] Hic ab Archelao tyranno comprehensus atque in mortarium missus, ligneo vecte tundebatur. πτίσσεσθαι autem est ad modum ptisanæ tundi, vnde & ipsa ptisana à πτίσσεσθαι dicitur. Itaque tunsus hic respondit, tectè significans (quippe philosophus) se corporis nullam rationem habere.

93. *Mendico nec parentes amici sunt.*]

94. *Mendici pera non impletur.*]

95. *Pythia & Delia.*] De cito perituris. Ferunt Periclem Sami tyrannum, Pythios & Delios ludos simul facientem, quendam oraculum consulturum Delum in Apollinis misisse, Num quæ ad sacrificium pertinerent ad præfinitum tempus offerret. Pythiam autem respondisse, [Hæc tibi Pythia & Delia sunt; postrema illi futura significare volens: paulo enim post de medio tolli contigit. Epicurus in quadam ad Idomeneum epistolarum hæc ait.

96. *Pyraustæ fatum.*] De ijs, qui per ea quæ maximè amant pereunt. Pyrausta autem animalculum minutum est, ad lucernas obuolitans, quod dum facere studet, igne comburitur.

97. *Post Pythia venisti.*] De ijs, qui serius quid faciunt. Pythia autem Delphis fiebant. Delphi porro à dracone Delphyne dicuntur, qui illic ab Apolline fuit occisus. Qui draco quod ibidem putresceret, Delphi etiam Pytho vocati sunt. πύθω enim putresco est. Hinc igitur Pytho & Pythia.

98. *Pythagoricas fabas ne edito.*] Pro eo, quod est nihil iniustè agas. Pythagorici enim per ænigmata philosophiam addiscebant. A quibus inter cætera hoc quoque ænigma proditum, ne quis fabis vescatur, hoc est: ne prodita iustitia, pecunijs se quis corrumpi sinat. Apud Athenienses enim iudices, olim loco calculorum fabis vtebantur ad sententiam in iudicijs ferendam. Aiunt igitur ex fabis, quarum in iudicio vsus est, nihil edi oportere.

99. *Ignis ad titionem veniens.*] De rebus quæ citò fiunt.

100. *Malus ianitor.*] De ijs, qui

94. Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται.] Ἐπὶ τῶν ἀπλήστων.

95. Πύθια καὶ Δήλια.] Ἐπὶ τῶν ταχέως ἀπολλυμένων. Φασὶ Πολυκράτην τὸν Σάμου τύραννον, Πύθια καὶ Δήλια ποιήσαντα, ἅμα εἰς Δῆλον πέμψαι εἰς θεοῦ χρησόμενον, εἰ τὰ τῆς θυσίας ἄγει κατὰ τὸ ὡρισμένον· τὴν δὲ Πυθίαν ἀνελεῖν· ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια· βουλομένη δηλοῦν, ὅτι ἔσχατα· μετ' ὀλίγον γὰρ χρόνον αὐτὸν ἀπολέσθαι συνέβη. Ἐπίκουρος ἔν τινι τῶν πρὸς Ἰδομενέα ἐπιστολῶν, ταῦτα φησί.

96. Πυραύστου μόρος.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ τούτων ἀπολλυμένων ὑφ' ὧν ἀγαπῶσι· πύραυστος δέ ἐστι ζωΰφιον μικρόν· ὃς τοῖς λύχνοις προσιπτάμενος, καὶ δοκῶν ἵπτασθαι, ὑπὸ τοῦ πυρὸς κατακαίεται.

97. Πυθίων ὕστερον ἥκες.] Ἐπὶ τῶν ὑστεριζόντων· τὰ δὲ Πύθια ἐτελεῖτο ἐν Δελφοῖς. Δελφοὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ τὸν Δελφύνην δράκοντα ἐκεῖ ἀναιρεθῆναι, ὃν ἀπέκτεινεν ὁ Ἀπόλλων· διὰ δὲ τὸ σαπηθῆναι ἐκεῖ τὸν Δελφύνην, λέγονται οἱ Δελφοὶ, καὶ Πυθώ· πύθω γὰρ τὸ σήπω· Πυθὼ οὖν καὶ Πύθια καὶ Πυθία.

98. Πυθαγορικοὺς κυάμους μὴ ἔσθιε.] Ἀντὶ τοῦ μὴ ἀδίκει. οὗτοι γὰρ δι' αἰνιγμάτων, τὰ τῆς φιλοσοφίας ἐμάνθανον δόγματα· παρεδίδοτο δὲ μετὰ τὰ ἄλλα, καὶ τοῦτο τὸ αἴνιγμα· κυάμους μὴ ἐσθίειν· τουτέστι, μὴ προσδιδόντας τὸ δίκαιον δωροδοκεῖσθαι χρήμασιν. οἱ γὰρ Ἀθήνησι δικασταὶ τὸ παλαιὸν, ἀντὶ ψήφων κυάμοις ἐχρῶντο πρὸς κατάκρισιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Φασὶν οὖν ἐκ τῶν κυάμων τῶν ἐκ τοῦ δικαστηρίου μηδὲν ἐσθίειν.

99. Πῦρ ἐπὶ δαλῷ ἐλθόν.] Ἐπὶ τῶν ταχέων γινομένων.

100. Πυλωρὸς κακός.] Ἐπὶ τῶν μὴ

καλῶς

καλῶς φυλασσόντων· Θηρυκίων γὰρ ἐκ Δελφῶν παραγενόμενος, ἰδὼν τὸ Φιλίππου στρατόπεδον ἐν Ἰσθμῷ τὰ στενὰ κατειληφότας, κακοὺς ἔφη πυλωροὺς ὑμᾶς, ὦ Κορίνθιοι, ἡ Πελοπόννησος ἔχει.

rem quampiam malè custodiunt. Therucion enim Delphis rediens, quum vidisset Philippi exercitum in Isthmo angustias occupasse, Malos, inquit, vos ianitores, ô Corinthij, Peloponesus habet.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΙΖ'.

1. Πυγμαῖα ἀκροθίνια κολοσσῷ ἐφαρμόζεις.] Ἐπὶ τῶν ἀνόμοια ποιούντων.

2. Πύθου Χελιδόνος.] Ἀντὶ τοῦ, ἐγκαίρως ποίει τὰ σαυτοῦ. ἀπό τινος Χελιδόνος θεολόγου καὶ τερατοσκόπου, περὶ ἱερῶν διειλεγμένου· ὡς Μνασέας ὁ Παταρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ. οἱ δὲ ὅτι θρηνητικὸν τὸ ζῶον· οἱ δὲ ὅτι τὸ ἔαρ προσημαίνει.

3. Πῦρ ἐπὶ πῦρ· κακὸν ἐπὶ κακῷ.] Ταύτης μέμνηται καὶ Πλάτων, καὶ Λιβάνιος, Πῦρ ἐπὶ πῦρ ᾐσθόμην.

4. Πῦρ εἰς ἀκάνθας.] Ἐπὶ τῶν περί τι εὐδοκιμούντων.

5. Πυράνδρου μηχάνημα.] Οὗτος ἐγένετο πονηρὸς καὶ συκοφάντης.

6. Πυῤῥίχην ἐνόπλιον ἐκπονεῖς.] Ἐπὶ τῶν γυμναζομένων. τὴν δὲ πυῤῥίχην πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης· Κρὴς τὸ γένος. ἐκ τούτου καὶ πυῤῥίχιος ποὺς συγκείμενος ἐκ δύο βραχειῶν, υ υ· οἷον, λόγος· ἄλλοι δέ φασιν ἀπὸ τοῦ Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως ἥρωος· ὃς πρῶτος ἐκ τοῦ δουρείου ἵππου ἐπήδησε, καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ ὕμνος αὐτῷ ἐτέθη τούτῳ τρόπῳ.

CENTVRIA XVII.

1. *Pygmæorum acrothinia colosso adaptare.*] De ijs, qui dissimilia agunt.

2. *Percunctare Chelidonem.*] Pro eo, quod est, in tempore res tuas age. A Chelidone quodam Theologo & aruspice, qui de ritibus sacris disseruit, vt ait Mnaseas Patarensis in Periplo. Alij parœmiam inde ducunt, quod χελιδὼν, hoc est hirundo, querulum animal sit. Alij verò quod ver prænunciet.

3. *Ignis igni, malum malo additum.*] Meminit huius parœmiæ etiam Plato & Libanius, Ignem igni additum senti.

4. *Ignis in spinas.*] De ijs, qui in re aliqua præstant.

5. *Pyrandri commentum.*] Hic improbus fuit & sycophanta.

6. *Pyrrichen armatam elaboras.*] De ijs, qui se exercent. Pyrrichen autem primus inuenit. Pyrrhichus, Cydoniates Cretensis natione. Vnde & pyrrhichius pes appellatus duabus syllabis breuibus constans, vt λόγος. Alij dicunt, à Pyrrho Achillis filio: qui primus ex durio equo prosilijt, & propter victoriam hymnus illi hoc carminis modo dicatus est.

R.

7. Rhadamanti iuramentum.] De ijs, qui pro æquitate testimonium ferunt. Iuramentum porrò illud erat per anserem aut canẽ, aut platanum aut arietem, aut aliquid eiusmodi. Maximũ autẽ prorsus omnium, quod per canem fiebat: deinde quod per anserem. Talia etiam Socratis iuramenta. Dicitur etiam, *Rhadamanti iudicium.*

8. *Faciliùs quam Onium Bœoti superarunt.*] De ijs, qui terminos & mensuram transgrediuntur. Onium enim mons est, in quem termini Bœotorum desinebant.

9. *Stilla continua cauat lapidem.*] Quod qui continenter rei alicui dant operam, perficere eam aliquando poterunt. Differunt autem inter se ἐντελέχεια & ἐνδελέχεια: ἐνδελέχεια enim continuitas est: ἐντελέχεια autem perfectio & forma subiecti: hoc est forma proueniens ex tali elementorum materiæ compositione, aut inseparabilis forma à corpore: nam ἐντελέχεια est, forma ac perfectio corporis. Dicitur etiam ἐντελέχεια, id quod separatum est à corpore, sicuti nauta à naui. quæ quidem ἐντελέχεια foris existens ordinat atque exornat ac perficit subiectum. Quando igitur ἐντελέχειαν quis dixerit irrationalem ac naturalem animam, formam ἐντελεχείας dicit: quando autem rationalem animam ἐντελέχειαν appellat, formam separatam dicit.

12. *Rhamnusia Nemesis.*] Hæc primùm dedicata fuit sub Veneris forma: vnde & ramum mali habuit. Dedicauit autem illam Erechtheus, cum mater eius Nemesis vocaretur eoque in loco regnaręt. Statuam autem Phidias fecit, cuius

Ρ.

7. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ δικαιοσύνῃ μαρτυρουμένων. ὁ δὲ ὅρκος ἦν κατὰ χηνὸς, ἢ κυνὸς, ἢ πλατάνου, ἢ κριοῦ, ἢ τινος ἄλλου τοιούτου· οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγῳ κύων, ἔπειτα χήν. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Σωκράτους ὅρκοι. λέγεται καὶ Ῥαδαμάνθυος κρίσις.

8. Ῥᾷον ἢ τὸ Οὔνειον ὑπερέβησαν οἱ Βοιωτοί.] Ἐπὶ τῶν τοὺς ὅρους καὶ τὸ μέτρον ὑπερβαινόντων· Ὄνειον γὰρ ὄρος ἐστὶ, εἰς ὃ οἱ ὅροι τῶν Βοιωτῶν ὡρίζοντο.

9. Ῥανὶς ἐνδελεχοῦσα κοιλαίνει πέτραν.] Ὅτι οἱ ἐπιμόνως πρός τι σπουδάζοντες, αὐτὸ κατορθῶσαι δυνήσονται. Διαφέρει δὲ ἐντελέχεια ἐνδελεχείας· ἐνδελέχεια μὲν γάρ ἐστιν, ἡ συνέχεια· ἐντελέχεια δὲ ἡ τελειότης, καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὑποκειμένου. τουτέστι τὸ εἶδος τὸ ἐπιγιγνόμενον ἐκ τῆς τοιᾶσδε συνθέσεως τῶν στοιχείων τῆς ὕλης· ἤτοι τὸ ἀχώριστον εἶδος τοῦ σώματος· καὶ γὰρ ἐντελέχειά ἐστι, τὸ εἶδος καὶ ἡ τελειότης τοῦ σώματος. λέγεται δὲ καὶ ἐντελέχεια, τὸ κεχωρισμένον τοῦ σώματος· ὡς ὁ πλωτὴρ τοῦ πλοίου· ἥτις ἐντελέχεια ἔξωθέν τε οὖσα, τάττει καὶ διακοσμεῖ καὶ τελειοῖ τὸ ὑποκείμενον. ὅταν οὖν ἐντελέχειαν λέγῃ, τὴν ἄλογον καὶ φυσικὴν ψυχὴν, τὸ ἀχώριστον εἶδος τῆς ἐντελεχείας λέγει· ὅταν καὶ τὴν λογικὴν ψυχὴν ἐντελέχειαν λέγῃ, τὸ κεχωρισμένον.

10. Ῥαμνουσία Νέμεσις.] Αὕτη πρῶτον ἀφίδρυτο ἐν Ἀφροδίτης σχήματι· διὸ καὶ κλάδον εἶχε μηλέας· ἱδρύσατο δὲ αὐτὴν Ἐρεχθεὺς, μητέρα ἑαυτοῦ οὖσαν, ὀνομαζομένην δὲ Νέμεσιν, καὶ βασιλεύουσαν ἐν τῷ τόπῳ· τὸ δὲ ἄγαλμα Φειδίας ἐποίησεν· οὗ τὴν

οὗ τὴν ἐπιγραφὴν ἐχαρίσατο, Ἀγορακρίτῳ τῷ Παρίῳ ἐρωμένῳ, ὃς καὶ Ὀλυμπιάσι τῷ δακτύλῳ τοῦ Διὸς ἐπέγραψεν Ἐπάρχης· καλὸς δ᾽ ἦν οὗτος Ἀργεῖος ἐρώμενος αὐτοῦ· ἐξ ἧς ἡ παροιμία.

11. Ῥαμνούσιος εἶ.] Ἐπὶ τῶν σοφῶν ἐλλογίμων. Ῥαμνοῦς γὰρ δῆμος τῆς Ἀττικῆς.

12. Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.] Ἐπὶ τῶν ἀνοήτων. Ὁμήρου.

13. Ῥαχίας λαλίστερος.] Ἐπὶ τῶν ἀδολέσχων· ταῖς γὰρ ῥαχείαις συνεχῶς εἰσβάλλοντα τὰ κύματα, ψόφον ἀποτελοῦσι.

14. Ῥήματα ἀντὶ ἀλφίτων.] Ἐπὶ τοῦ προϊεμένου φωνὰς μόνας.

15. Ῥηγίνου δειλότερος.] Ἐπὶ τῶν καθ᾽ ὑπερβολὴν δειλῶν· καὶ, δειλότερος τοῦ παρακύπτοντος· Ξέναρχος γὰρ ὁ Σώφρονος ἐκωμῴδει τοὺς Ῥηγίνους ὡς δειλοὺς, ὑπὸ Διονυσίου τοῦ τυράννου πεισθείς.

16. Ῥητορικὴν δειλίαν δημόσιος καιρὸς οὐ παραμένει.] Παρόσον οἱ ῥήτορες ἀνδρεῖοι θέλουσιν εἶναι.

17. Ῥοδίων χρησμός.] Ἐπὶ τῶν περιεργότερον πυνθανομένων. Ῥόδιοι γὰρ τῇ Λινδίᾳ Ἀθηνᾷ θύοντες καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἐνδιετέλουν τῷ ναῷ εὐωχούμενοι· οὐκ ἦν δὲ αὐτοῖς ἔθος ἀμίδας εἰσφέρειν· ἠρώτησαν οὖν εἰ τοῦτο δέοι ποιῆσαι· συγκατανεύσαντος δὲ, πάλιν ἐπυνθάνοντο χαλκῆν ἢ ὀστρακίνην· ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἀπεφήνατο, μηδὲ ἑτέραν.

18. Ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις.] Ἐπὶ τῶν ἀνόμοια συμβαλλόντων καὶ συγκρινόντων.

19. Ῥόδα μ᾽ εἴρηκας.] Ἀντὶ τοῦ, ἐμοὶ τὰ παρὰ σοῦ εἰρημένα ῥόδα ἐστίν.

20. Ῥοιαὶ νυμφικαί.] Ἐπὶ τῶν δωρουμένων τοῖς καλλίστοις κάλλιστα.

21. Ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν.] Ἐπὶ τῶν κυδαινόντων τινὰ, ἢ ἐπὶ τῶν μεταμελομένων περί τι καὶ μὴ δυναμένων τι ἀνύσαι.

inscriptionem concessit Agoracrito Pario amasio suo, qui etiam in Olympijs Iouis digito inscripsit Eparches. Pulcher portò erat hic Argiuus eius amasius. Ex qua parœmia etiam hæc.

11. *Rhamnusius es.*] De sapientibus atque eximijs. Rhamnus enim pagus Atticæ.

12. *Factum autem stultus cognouit.*] De insipientibus. Homeri.

13. *Caute loquacior.*] De loquacibus: nam fluctus continuo in cautes incidentes strepitum edunt.

14. *Verba pro farinis.*] De eo, qui nihil nisi verba fundit.

15. *Rheginense timidior.*] De supra modum timidis. Et *Timidior prospiciente.* Xenarchus enim Sophronis filius in Rheginensium timiditatem comico sale lusit, à Dionysio tyranno persuasus.

16. *Oratoriam timiditatem publicum tempus non sustinet.*] Quod rhetores fortes esse velint.

17. *Rhodiorum oraculum.*] De ijs, qui curiosius quid inquirunt. Rhodij enim Lindiæ Mineruæ quotidie sacrificantes, assiduè in templo conuiuia agitabant. quum autem ipsis in more nō esset matulas inferre, ab Apolline quærebant num hoc facere deberent, annuente autem oraculo rursum interrogabant, æreamne aut fictilem: iratus autem Apollo respondit, Neutram.

18. *Rosas anemonæ comparas.*] De ijs, qui inæqualia inter se contendunt comparantque.

19. *Rosas mihi loquutus es.*] Pro eo quod est, verba tua mihi rosæ sunt.

20. *Mala Punica Nympharum.*] De ijs, qui pulcherrimis pulcherrima donant.

21. *Quàm præteristi ne amplius quæras rosam.*] De ijs, qui aliquem maximè celebrant, aut de negligentibus circa aliquid, quique nihil efficere possunt.

22. *Rhodij sacrificium.*] De ijs, qui in sacrificijs conuitiantur.

23. *Merx vilis venalis.*] De ijs, qui res viles magni vendunt.

Σ.

24. S*Alaminia nauis.*] De velocibus. Duæ erant naues apud Athenienses publicis ministerijs assignatæ leuissimi cursus; Πάραλος & Σαλαμινία: quarũ hæc Salaminia, in iudicium vocatos vehebat. quam etiam ad Alcibiadem missam scribit Thucydides: Πάραλος autem spectacula aduehebat. hoc est, quæ ad spectacula edenda mittebantur.

25. *Samiorum populus quàm litteratus est!*] Nempe notis vt mancipia punctus. De valdè timidis. Quomodo etiam Aristophanes Babylonios notis compunctos exagitauit. Samij enim malis per tyrannos afflicti seruos suos ciuitate donarunt, pretio quinque staterum, vt ait Aristoteles in Republica Samiorum. Aut quod primùm apud Samios inuentæ fuerunt viginti quatuor litteræ à Callistrato, vt tradit Andron in Tripode. Atheniensibus autem, vt Ionum litteris vterentur Archinus Athenæi filius persuasit, prætore Euclide. Babylonios porro fabulam per Callistratum Aristophanes annos ante Euclidem sub Epicleo viginti & vnum edidit. De eo verò qui id persuaserat narrat Theopompus. Alij autem inde prouerbium ductum putant, quod Athenienses captos in bello Samios punctis in formam noctuæ notabant: Samij autem Athenienses Samæna. Est porrò Samæna nauigium bireme à Polycrate tyranno Samio primum constructum, vt ait Lysimachus in secundo Redituum libro. Operis porrò inuentio Duridis fuit. Alij deniq; Samænam numis-

22. Ῥόδιοι τὴν θυσίαν.] Ἐπὶ τῶν ἐν ἱεροῖς βλασφημούντων.

23. Ῥωπικὸν ὤνιον.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν πολλοῦ πιπρασκομένων.

Σ.

24. ΣΑλαμινία ναῦς.] Ἐπὶ τῶν ταχέων· δύο δὲ ἦσαν νῆες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὑπηρέτιδες ταχυδρόμοι· ἡ Πάραλος, καὶ ἡ Σαλαμινία· ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐγκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν· ἣν καὶ ἐπὶ Ἀλκιβιάδην φησὶ πεμφθῆναι Θουκυδίδης· ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας ἐπῆγε· τουτέστι, τὰ εἰς θεωρίαν πεμπόμενα.

25. Σαμίων δῆμος ὡς πολυγράμματος;] Ἤτοι μαστιγίας. ἐπὶ τῶν περιδειλῶν· Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις, ἐπισκώπτων τοὺς ἐστιγμένους. οἱ γὰρ Σάμιοι καταπονηθέντες ὑπὸ τῶν τυράννων σπάνει τῶν πολιτευομένων, ἐπέγραψαν τοῖς δούλοις ἐκ πέντε στατήρων τὴν ἰσοπολιτείαν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Σαμίων πολιτείᾳ· ἢ ὅτι παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράμματα, ὑπὸ Καλλιστράτου· ὡς Ἄνδρων ἐν Τρίποδι· τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασιν, Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ Ἐπικλέους κά· περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος· οἱ δὲ ὅτι Ἀθηναῖοι μὲν τοὺς ληφθέντας ἐν πολέμῳ Σαμίους ἔστιζον γλαυκί· Σάμιοι δὲ Ἀθηναίους τῇ σαμαίνῃ· Σαμαίνη δέ ἐστι πλοῖον δίκροτον, ὑπὸ Πολυκράτους πρῶτον κατασκευασθὲν, τοῦ Σαμίου τυράννου· ὡς Λυσίμαχος ἐν δευτέρῳ νόστων. τὸ δὲ πλάσμα Δούριδος. οἱ δὲ τὴν Σαμαίνην νόμισμα εἶναι.

μα εἶναι· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν δεδιότων τινὰς ἀνηκέστους κακῶν συμφοράς. παρόσον Ἀθηναῖοι τοὺς Σαμίους ἔστιξαν.

26. Σαρδαναπάλου βίος.] Καλλισθένης ἐν δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν, δύο φησὶ γεγονέναι Σαρδαναπάλους· ἕνα μὲν δραστήριον καὶ γενναῖον· ἄλλον δὲ μαλακόν· ἐν Νίνῳ δὲ ἐπὶ τοῦ μνήματος αὐτοῦ τοῦτ' ἐπιγέγραπται. Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς, Ταρσόν τε καὶ Ἀγχιάλην ἔδειμεν ἡμέρῃ μιῇ. σὺ δ' ἔσθιε, πίνε, ὄχευε· ὡς τἆλλα οὐδὲ τούτου ἐστὶν ἄξια· τουτέστι τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος· τὸ γὰρ ἐφεστὸς τῷ μνήματι ἄγαλμα, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχον τὰς χεῖρας πεποίηται· ὥστ' ἀνακροτεῖν τοῖς δακτύλοις· ταυτὸν δὲ ἐν Ἀγχιάλῳ τῇ πρὸς Ταρσὸν ἐπιγέγραπται, ἥτις νῦν καλεῖται Ζεφύριον.

27. Σάρωνος ναυτικώτερος.] Οὗτος ὁ Σάρων, δαίμων ἦν ναυτικώτατος· ἐξ οὗ καὶ πέλαγος Σαρωνικὸν ἐπικέκληται. ἔστι δὲ τῆς Παλαιστίνης· ᾧ πρόσκεινται ἄλλαι τε πόλεις πολλαὶ, καὶ Ἰόπη καὶ Λύδα.

28. Σαρδώνιος γέλως.] Ἐπὶ τῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σφῶν αὐτῶν γελώντων. δὲ Δήμων μὲν διαδοθῆναι ὅτι οἱ Σαρδῶνα κατοικοῦντες, αἰχμαλώτων τοὺς καλλίστους καὶ πρεσβυτέρους ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη τῷ Κρόνῳ ἔθυον γελῶντας ἕνεκα τοῦ τὸ ἔπανδρον ἐμφανῆναι, τουτέστιν ἀνδρεῖον· ἢ ὅτι Σάρδιον, βοτάνη ἐστὶ δηλητήριος· ἥτις ἅπαν τὸ σῶμα τοῦ φαγόντος αὐτὴν σπασμῷ ὑποβάλλει· ὡς καὶ τῶν χειλέων συστελλέντων γυμνοῦσθαι τοὺς ὀδόντας· καὶ γέλωτος φαντασίαν παρέχειν τοῖς ὁρῶσιν· ὅθεν ἔνιοι ἐν ὕβρει ὀνομάζουσι τὸν Σαρδώνιον γέλωτα. ἔστι δὲ καὶ λίθος οὕτω καλούμενος.

29. Σαυτὸν ἐπαινεῖς ὥσπερ Ἀστυδάμας ποτέ.] Ἀστυδάμαντι τῷ Μορσίμου εὐημερήσαντι ἐπὶ τραγῳδίας διδασκαλίᾳ,

ma esse putant. Vsurpatur de ijs, qui immedicabiles malorum calamitates timent; eo quod Athenienses Samios notis compungerent.

26. *Sardanapali vita.*] Callisthenes in secūda Persicarū duos Sardanapalos fuisse ait; alterum quidem actuosum ac generosum, alterum verò mollem. Nini autem in ipsius sepulchro hoc inscriptum est: Sardanapalus Anacyndaraxi filius, Tarsum & Anchialem vna die condidit. Tu autem ede, bibe, Veneri da operam. nam cætera ne tanti quidem sunt. hoc est, ne digitorum quidem crepitū valent. Statua enim sepulchro imposita manus supra caput habens fabricata est, tanquam digitis strepitum edens. Idem Anchialæ propè Tarsum inscriptum est, quæ nunc Zephyrion vocatur.

27. *Sarone magis nauticus.*] Saron hic, genius siue heros fuit, rei nauticæ addictissimus. à quo & Saronicum mare appellatum fuit, quod in Palæstina est: cui adiacent cum aliæ ciuitates tum Iopa & Lyda.

28. *Sardonius risus.*] De ijs, qui in suomet interitu rident. Demon autem ait inde parœmiam traditam, quod Sardiniæ incolæ bello captos, qui pulcherrimi & septuaginta annis prouectiores essent, Saturno immolarent; qui quo fortitudinem suam virilemque animum ostenderent ridebant. Aut quod Sardium sit herba pestifera quæ vniuersum corpus ea vescentis spasmo afficit, ita vt distractis labijs dentes denudentur & risus speciem intuentibus præbeant. Vnde nonnulli per contumeliam risum Sardonium apellant. Est & lapis ita appellatus. Diogenianus autem ait parœmiam dici de illis qui ex animo rident.

29. *Laudas teipsum, quondam vt Astydamas solet.*] Astydamæ Morsimi filio, cum tragœdiam feliciter egisset, concessum aiunt ab Atheniensibus, vt Par-

Emend. in Gn. et Phil. Reliq. p. 135.

thenopæi statuam Athenis in theatro dedicaret. illum autem de seipso tale adulatorium epigramma fecisse:

Vixissem cum illis vtinam vel tempore nostro,
Iucundo primi nunc habiti eloquio:
Quam merito ex hoc par cunctis certamine abirem!
Tempore sed vincunt quos fugit inuidia.

propter nimiam ergo arrogantiam repudiatam fuisse inscriptionem, & parœmiam hanc apud Comicos obtinuisse, vt est apud Philemonem.

30. *Selini corona lugubris.*] Selinum enim lugentibus conuenit, vt ait Duris libro de certaminibus.

31. *Nuncia amicorum Siren, apis hospitis index.*] Siren animal est ceram conficiens, api simile. Nonnulli aiunt cantiones quasdam esse, quas qui audit superuiuere non possit. quæ etiam Sirenia & Sirenes vocantur. Alij fabulantur mulieres quasdam fuisse vocis suauioris, quæ in insula parua sedentes, ita præternauigantes dulcedine cantus mulcebant, vt ad obitum vsque ibidem hærerent. Habebant autem à thorace superius formam passerum, inferius autem mulierum. Sunt denique qui dicãt machinamenta quædam esse sub terra, mirificum quoddam melos reddentia.

32. *Nunquam tibi oneris excussio contingat.*] Vtebantur hoc verbi Athenienses apud debitores suos, qui nondum vsuram reddidissent. Dicitur verò σεισάχθεια, omnium debitorum tam publicorum quam priuatorum remissio, quam primus induxit Solon. Inde porrò sic appellatur, quod Athenis mos esset vt pauperes debitores creditoribus suis corpore seruirent, soluto autem hac ratione ære illo alieno, onus illud debiti excuteretur, aut vt Philochoro videtur, onus illud latis suffragijs auferretur.

Παρθενοπαίῳ δοθῆναι ὑπ' Ἀθηναίων εἰκόνος ἀνάθεσιν ἐν θεάτρῳ. τὸν δὲ εἰς αὑτὸν ἐπίγραμμα ποιῆσαι ἀλαζονικὸν τοῦτο·

Εἴθ' ἐγὼ ἐν κείνοις γενόμην, ἢ κεῖνοι ἅμ' ἡμῖν,
Οἳ γλώσσης τερπνῆς πρῶτα δοκοῦσι φέρειν·
Ὡς ἐπ' ἀληθείης ἐκρίθην ἀφεθεὶς παράμιλλος,
Νῦν δὲ χρόνῳ προσέχουσ', οἷς φθόνος οὐχ ἕπεται.

Διὰ οὖν τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀλαζονείαν, παραιτήσασθαι τὴν ἐπιγραφὴν, καὶ παροιμία παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἐγένετο, ὡς παρὰ Φιλήμονι.

30. Σελίνου στέφανος πένθιμος.] Τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι προσήκει· ὡς ἔφη Δοῦρις ἐν τῷ Περὶ ἀγώνων.

31. Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα.] Σειρὴν δὲ ζῶόν ἐστι κηροποιὸν, μελίσσῃ παραπλήσιον· οἱ δὲ μέλη τινὰ, ὧν ὁ ἀκούσας οὐ ζήσεται· ἃ καὶ Σειρήνια καὶ Σειρῆνες λέγονται· οἱ δὲ μυθεύονται γυναῖκάς τινας εὐφώνους γεγενῆσθαι· αἵ τινες ἐν νησίῳ καθεζόμεναι, οὕτως ἔτερπον τοὺς παραπλέοντας διὰ τῆς εὐφωνίας, ὥστε κατέχειν ἐκεῖ μέχρι θανάτου· εἶχον δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θώρακος, εἶδος στρουθῶν· τὰ δὲ μηχανήματά τινα κατὰ γῆς μέλος ἄρρητον ἀναμέλποντα.

32. Σεισάχθειά σοι μηδέποτε γένοιτο.] Τοῦτ' ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τοὺς ὀφείλοντας, καὶ οὔπω τὸ δάνειον ἀποδόντας· λέγεται δὲ σεισάχθεια χρεοκοπία δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν, ἣν εἰσηγήσατο Σόλων· εἴρηται δὲ παρόσον ἔθος ἦν Ἀθήνησι τοὺς ὀφείλοντας τῶν πενήτων, σώματι ἐργάσασθαι τοῖς χρήσταις· ἀποδόντας δὲ, οἱονεὶ τὸ ἄχθος ἀποσείσασθαι· ὡς Φιλοχόρῳ δὲ δοκεῖ, ἀποψηφισθῆναι τὸ ἄχθος.

33. Σίτων

33. Σῖτον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν.] Ἐπισημαίνει γὰρ ὅτι εἰς πονηρὰν ψυχὴν ἀστεῖον λόγον ἐμβάλλειν, οὐ προσῆκον· ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστὶ, τοῦτον δὲ ἀκάθαρτον ἡ πονηρία ποιεῖ τῶν ἀνθρώπων. Ἀνδοκύδου Πυθαγορείου.

34. Σεσέλλισαι κατ' Αἰσχίνην.] Ἀντὶ τοῦ μάτην ἐπῆρσαι· ἀπ' Αἰσχίνου τοῦ Σέλλου· ὃς ἦν κομπαστὴς καὶ ἀλαζὼν, ἔν τε τῷ διαλέγεσθαι, καὶ ἐν τῷ προσποιεῖσθαι πλουτεῖν· Λυκόφρων δ' ἀπέδωκε τὸ σελλίζεσθαι, ἀντὶ τοῦ ψελλίζεσθαι.

35. Σὲ δ' οἰωνίσαιτ' ἄν τις ἰδών.] Ἐπὶ τῶν εἰδεχθῶν· παρόσον οἱ παλαιοὶ οἰωνίζοντο ἐκ τοῦ συναντῆσαι πρῶτον ἐν τῇ ὁδῷ εἰδεχθεῖ καὶ εὐειδεῖ καὶ σκοτινδύτῃ ἢ λευχειμονοῦντι.

36. Σήπινον γερόντιον.] Ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν.

37. Σήψει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὔτι σιδήρου φείδεται· ἀλλὰ μιῇ πάντ' ὀλέκει δρεπάνῃ.] Ἐξ ἐπιγράμματος.

38. Σικελὸς ὀμφακίζεται.] Ἐπὶ τῶν διὰ μικρὰ ὑποπτευόμενα κέρδη, μεγάλως βλαπτομένων· δύναται δ' ἐπὶ τῶν τὰ ὡραιότερα ἐκλεγομένων τίθεσθαι.

39. Σικελὸς στρατιώτης μισθὸν διωθεῖται.] Ἐπὶ τῶν ἀπωθεῖσθαι προσποιουμένων, ἃ μηδεὶς αὐτοῖς δίδωσι.

40. Σίτῳ ἄμμον ἐπέχρωσας.] Ἐκ στρατηγήματος. Ἐπὶ τῶν ἀπατώντων· ὁ γὰρ Μέροψ ἐν Ἀντιγονίᾳ τῇ πόλει πολιορκούμενος, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπιλελοιπότων αὐτῷ, δύο τῶν μεγίστων πύργων ἄμμου πλήσας νυκτὸς, ἄνωθέν τι ἐπιχρώσας σίτῳ, τοὺς παρὰ τῶν πολεμίων ἀφικνουμένους παραλαβὼν πρέσβεας, καὶ παρὰ τῶν πύργων αὐτοὺς εἴσοδον στήσας, μὴ ἀπατᾶσθε ἔφη, πάνυ ἔχειν ἡμᾶς

33. *Cibum in matulam ne immittas.*] Significat animo improbo elegantem sermonem non committendum. Pabulum enim mentis est sermo, quem hominum improbitas impurum reddit. Andocydæ Pythagoræi.

34. *Sellisasti vt Aeschines.*] Hoc est, frustra efferris. ab Æschine Sellæ filio, qui iactator sui erat in disserendo arrogans, quique diuitem sese esse assimularet. Lycophron autem reddidit vocem σελλίζεσθαι pro ψελλίζεσθαι. Hoc est, balbutire.

35. *Te conspecto omen quis capiat.*] De deformibus. Quod veteres ex eo quem primum in via obuium habebant, siue turpis ille siue formosus esset, siue nigra veste siue candida indutus, omen caperent.

36. *Putridus seniculus.*] De infirmis.

37. *Consumit lapidem longæuum tempus idemque.*] Ex epigrammate.

38. *Siculus immaturas vuas vindemiat.*] De ijs, qui propter parua quæ animo præceperant lucra, multum læduntur. Potest & de ijs qui pulcherrima quæque seligunt dici.

39. *Siculus miles mercedem repudiat.*] De ijs, qui aliqua rejicere se fingunt, quæ nemo illis dat.

40. *Frumentum arenæ obduxisti.*] Ex stratagemate. De ijs, qui alios fallunt. Merops enim quum in Antigonia vrbe obsideretur, & necessaria illi defecissent de nocte, duas maximas turres arena complens, supra frumento arenam contegens, acceptis ab hoste legatis, eisq; ad ingressum turrium constitutis, ne fallamini, inquit, putantes nos

 rerum

rerum necessariarum inopia laborare: nam vt ipsimet videtis multorum annorum habemus annonam. Si ergo videtur, fœdere inito cum pace abite. Qua re legati conspecta, ad pactionem protinus venerunt, & obsidionem libentissimè soluerunt.

41. *Ferrum natare doces.*] De impossibilibus.

42. *Sicula mensa.*] De valdè lautis.

43. *Silphium Batti.*] De rebus maximi pretij. Est enim silphium herba pretiosa. Causa autem parœmiæ hæc. Battus, qui & Aristoteles, ciuitatem in Lybia, nomine Cyrenem, condidit: Cyrenæi autem volentes regi suo gratiam referre pro beneficio, annulum confecerunt, in quo ciuitas illorum regi silphium offert: cuius & folium & fructus, & ramus, & succus, magni est pretij.

44. *Sinopizas.*] Hoc est, lasciuus es siue intemperans: qualis fuit Sinope meretrix. Irridebatur enim illa quod in talem se habitum conformaret, vt ait Alexis.

45. *Vmbra pro corpore.*] De ijs, qui quum putent se aliquid comprehensuros, non comprehendunt tamen.

46. *Scedasi imprecatio.*] De ijs, qui quibus mala imprecantur, ea illos consequuntur. Scedasus enim Leuctrensis quum tres haberet filias; & quidam Lacedæmoniensium apud ipsas excepti hospitio, vi illata illas contumelia affecissent; metuentes Lacædemonij ne libidinem suam patri indicarent, eas interficiunt. In ciuitatem autem suam Leuctras Scedasus reuersus, vbi facinus cognouit, imprecatus est omnibus Lacedæmonijs, apud sepulchrum filiarum suarum infelicitatem. Vnde & accidit vt infortunium in Leuctris quoque Lacedæ-

τῶν ἀναγκαίων λογιζόμενοι· ὡς γὰρ καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε, καὶ ἐπὶ πλείστοις ἔτεσι διαρκούσας τροφὰς ἔχομεν. εἰ γοῦν δοκεῖ σπονδὰς ποιησάμενοι, μεθ' εἰρήνης ὑποχωρήσατε· τοῦτο οἱ πρέσβεις ἰδόντες, πρὸς σπονδὰς αὐτίκα ἐχώρησαν, καὶ τὴν πολιορκίαν ἀσμενέστατα ἔλυσαν.

41. Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

42. Σικελικὴ τράπεζα.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν τρυφηλῶν.

43. Σίλφιον Βάττου.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν τιμωμένων· ἔστι βοτάνη πολύτιμος· ἡ δὲ αἰτία αὕτη. Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, πόλιν ἐν Λιβύῃ Κυρήνην ἔκτισεν· οἱ δὲ Κυρηναῖοι βουλόμενοι ἀνταπόδοσιν εὐεργεσίας χαρίζεσθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν δακτύλιον, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸ σίλφιον· καὶ τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ καρπὸς καὶ ὁ κλάδος καὶ ὁ ὀπὸς, πολλῆς ἄξιος τιμῆς.

44. Σινωπίζεις.] Ἀντὶ τοῦ ἀκολασταίνεις· τοῦτο πεποίηται παρὰ τὴν ἑταίραν Σινώπην· ἐκωμῳδεῖτο γὰρ ἐπὶ τῷ κατασχημονῆσαι, καθάπερ Ἄλεξις.

45. Σκιὰ ἀντὶ τοῦ σώματος.] Ἐπὶ τῶν δοκούντων κρατεῖν τι· οὐδὲν δ' ὅμως κρατούντων.

46. Σκεδάσου κατάρα.] Ἐπὶ τῶν ἐπιτυχῶς καταρωμένων τισί. Σκέδασος γὰρ Λευκτραῖος ὢν, εἶχε τρεῖς θυγατέρας· τινὲς δὲ τῶν Λακεδαιμονίων πάλαι παρ' αὐταῖς ἐπιξενωθέντες, μίξει τὰς κόρας ἐνύβριζον· φοβηθέντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, μή πως δημοσιεύσωσι τῷ οἰκείῳ πατρὶ τὴν ἀσέλγειαν, ἀναιροῦσιν αὐτάς· ἐπανελθὼν δὲ ἐν τῇ οἰκείᾳ πόλει τοῖς Λεύκτροις ὁ Σκέδασος, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς, κατηράσατο πᾶσι Λακεδαιμονίοις, παρ' αὐτὸν τὸν τάφον τῶν θυγατέρων αὐτοῦ ἀτυχῆσαι· διὸ καὶ ἡ ἀτυχία ἔφθασεν ἐν Λεύκτροις

κτροις τοὺς Λακεδαιμονίους. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, μετὰ τὸ κατὰ κράτος νικῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, ἠβουλήθησαν καὶ τοὺς ἰδίους συμμάχους πολεμῆσαι. καὶ ὁρμήσαντες κατὰ Θηβαίων, πρὶν προσεγγίσαι τῇ πόλει, γενόμενοι ἐν Λεύκτροις· πόλις δὲ αὕτη Θηβῶν· συμβαλόντες, ἠτύχησαν· Ἐπαμινώνδου στρατηγοῦ Θηβαίων εὐδοκιμήσαντος· καὶ οὕτως ἀπέβη ἡ κατάρα τοῦ Σκεδάσου, καὶ γέγονε τὸ πάθος τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐν Λεύκτροις, ἔνθα ἔφθειραν καὶ ἀπέκτειναν τὰς θυγατέρας αὐτοῦ.

47. Σκυθῶν ἐρημία.] Παρόσον οὐκ εἰσὶ γῆς ἐγκρατεῖς, ἀλλ' ἀεὶ φεύγουσι τὴν οἰκείαν.

48. Σκορπίον ὀκτάπουν ἀντεγείρεις.] Οἷον ἱκανὸν ἀμύνασθαι εἰς πληγὴν παροξύνεις.

49. Σκάνδιξ.] Λάχανον ἄγριον· διὸ καὶ σκανδοπώλης ὁ Εὐριπίδης.

50. Σκαριφίζεις ἄνθρωπε.] Ἐπὶ τῶν σκιωδῶς καὶ αἰνιγματωδῶς λεγόντων τι· σκαριφίζειν δέ ἐστι, τὸ τοὺς ζωγράφους ὑποτυποῦν· σκάριφος δέ ἐστιν ἡ γραφὶς αὐτῶν.

51. Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει· τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.]

52. Σπιθαμὴ τοῦ βίου τὸ ἐλάχιστον.

53. Σπερμολόγος ὢν λανθάνεις.] Λέγεται ἐπὶ τῶν εὐτελῶν καὶ εὐκαταφρονήτων ἀνθρώπων· καὶ ἴσως ἐπὶ τῶν ἀπ' ἀλλοτρίων διαζώντων· ἐστὶ δὲ μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες, σπερμολόγος ὠνομασμένον· ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν· οὗ μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισιν· ἐντεῦθεν οὖν ἡ παροιμία.

54. Σπόγγῳ πάτταλον κρούειν.] Ἐπὶ τοῦ μηδὲν ἀνύοντος.

55. Σμικρῷ ποδὶ μεγάλα περιτίθης ὑποδήματα.] Λέγεται ἐπὶ τῶν ῥητόρων μᾶλλον τῶν τὰ μικρὰ αὐξανόντων.

monios consequeretur. Lacedæmonij etenim in bello Peloponesiaco, quum Athenienses viribus superassent, etiam socios suos bello aggredi volentes, & aduersus Thebanos exorsi, antequam ad ciuitatem accederent, Leuctris, quæ vrbs est Thebanorum, pugna commissa, infeliciter rem gesserunt; Epaminonda duce Thebanorum splendidam victoriam referente: sicque euenit imprecatio Scedasi, & Lacedæmonijs illud in Leuctris infortunium, vbi filias eius violatas interemerant.

47. *Scytharum solitudo.*] Propterea quod dominio terram non possideant, sed semper propriam fugiant.

48. *Scorpium octipedem contra te excitas.*] Hoc est, illum qui te vulnere illato vlcisci queat irritas.

49. *Olus syluestre.*] A quo Euripides σκανδοπώλης.

50. *Rem adumbras, ô homo.*] De ijs, qui velut per vmbras & ænigmata aliquid loquuntur. Σκαριφίζειν enim est quando pictores quippiam delineant: σκάριφος autem penicillus pictorius.

51. *Spartam nactus es illam orna Mycenas autem nos priuatim.*]

52. *Palmus vitæ.*] Hoc est, minimum.

53. *Spermologum te esse patet.*] De vilibus & contemtibilibus hominibus dicitur. Et fortassis etiam de ijs, qui alieno victu viuunt. Est autem paruula auicula monedularum genere spermologus vocitata: eo quod semina sublegat, vt videtur: cuius meminit Aristophanes in Auibus. atque hinc parœmia.

54. *Spongia clauum percutere.*] De eo, qui nihil proficit.

55. *Paruo pedi magnos calceos circumponis.*] De oratoribus dicitur, res paruas valdè exaggerantibus.

56. *Cati tyranni, si catos iungant sibi.*]

57. *Sebum feli.*] De ijs, qui quibus rebus gaudent, eas consequuntur.

58. *Gutta vini, mille congijs aquæ non miscetur.*] De ijs, qui aliquid dissoluunt aut mutant.

59. *Stupeus seniculus.*] Hoc est, imbecillis.

60. *Duce belli præsente omne (aliud) imperium cesset.*]

61. *Etiam bibendæ sunt simul feces tibi.*] De eo, qui negotium aliquod incipit, deinde in eodem negligentior est.

62. *Tu terra genitum argentum poscis.*] Dicitur in argenti cupidos.

63. *Cum cane etiam lorum.*] De ijs, qui omnia amiserunt.

64. *Suade non quæ suauissima, sed quæ optima sunt.*] Solonis præceptum.

65. *Ficum poscis.*] De adulatoribus. Athenienses enim agricolis adulabantur, illi autem eis hæc respondebant.

66. *Syracusanorum mensa.*] Hoc est, sumtuosa. Habebantur enim Syracusani in victu omnium delicatissimi.

67. *Syri cum Phœnicibus.*] Vtraque gens vafritiei notata fuit. Aut quod assiduè inuicem hostes essent, neque vnquam inter se fideliter reconciliati.

68. *Syllæ, & Metello quæ Pio concordia.*] De sinceris amicis, quique sine dolo se mutuo diligunt. Sylla enim cognomento Felix, inter maximas felicitates suas, duas statuebat; Metelli Pij amicitiam & quod Athenas non euertisset, sed vrbi pepercisset.

69. *Syrbeneorum mysta.*] Hoc est, tumultuosus: ductum ab ijs qui tibijs tumultuosè canunt, quod tibiarum thecæ seu pharetræ inanes sint, Et,

56. Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.]

57. Στέαρ γαλῇ.] Ἐπὶ τῶν οἷς χαίρουσι ταῦτα λαμβανόντων.

58. Σταλαγμὸς οἴνου, μυρίοις χοεῦσιν ὕδατος οὐ μίγνυται.] Ἐπὶ τῶν διαλυομένων καὶ μεταβαλλομένων.

59. Στύππινον γερόντιον.] Ἤτοι ἀσθενής.

60. Στρατηγοῦ παρόντος ἀρχὴ παυσάσθω.]

61. Συνεκποτέον ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα.] Ἐπὶ τοῦ ἀρξαμένου τινὸς πράγματος, εἶτα ὀλιγωρήσαντος.

62. Σὺ δὲ τὸν γηγενέτα ἄργυρον αἰτεῖς.] Λέγεται κατὰ φιλαργύρων.

63. Σὺν τῷ κυνὶ καὶ τὸν ἱμάντα.] Ἐπὶ τῶν πάντα ἀπολωλεκότων.

64. Συμβούλευε μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ ἄριστα.] Σόλωνος ἡ ὑποθήκη.

65. Σῦκον αἰτεῖς.] Ἐπὶ τῶν κολακευόντων. Ἀθηναῖοι γὰρ ἐκολάκευον τοὺς γεωργούς· οἱ δὲ πρὸς τούτους ἔλεγον ταῦτα.

66. Συρακουσίων τράπεζα.] Ἡ πολυτελής· ἐδόκουν γὰρ οἱ Συρακούσιοι ἁβροδίαιτοι εἶναι μᾶλλον πάντων.

67. Σύροι πρὸς Φοίνικας.] Ἑκάτερα τὰ ἔθνη διαβέβληται ὡς πανοῦργα· ἢ ὅτι ἑκάστοτε δι᾽ ἔχθρας ἀλλήλοις ὄντα, οὐδέποτε πιστῶς διαλλάττεται.

68. Σύλλου φιλία καὶ Μετέλλου τοῦ Πίου.] Ἐπὶ φίλων, ἀκραιφνῶς καὶ ἀδόλως φιλούντων ἀλλήλους. Σύλλας γὰρ ὁ Εὐτυχὴς ἀναγορευθεὶς, τῶν μεγίστων εὐτυχιῶν ἐποιεῖτο δύο, τὴν Πίου Μετέλλου φιλίαν, καὶ τὸ μὴ κατασκάψαι τὰς Ἀθήνας· ἀλλὰ φείσασθαι τῆς πόλεως.

69. Συρβηνέων μύστης.] Ἀντὶ τοῦ ταραχώδης· ἀπὸ τῶν αὐλούντων μετὰ θορύβων· διὰ τὸ τὰς αὐλοθήκας καὶ φαρέτρας κενὰς εἶναι. καὶ,

70. Συρβη-

70. Συρβηνέων χορός.] Ὁ τεταραγμένος καὶ συώδης· ἀπὸ τῶν τοῖς ὑσὶν ἐπιφωνουμένων.

71. Σὺ ἐν σεαυτῷ φάρμακα ἔχεις.] Ἐπὶ τῶν δι' ὥραν ἐπισπωμένων τοὺς ἄνδρας ἐφ' ἑαυτάς. Λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Φίλιππος γὰρ ἤρα Θεσσαλῆς γυναικὸς αἰτίας ἐχούσης καταφαρμακεύειν αὐτόν· ἐσπούδασεν οὖν ἡ Ὀλυμπιὰς λαβεῖν αὐτὴν τὴν ἄνθρωπον ὑποχείριον· ὡς δὲ εἰς ὄψιν ἐλθοῦσα, τό, τε εἶδος εὐπρεπὴς ἐφαίνη καὶ διηλέχθη πρὸς αὐτὴν οὐκ ἀγεννῶς οὐδ' ἀσυνέτως, χαιρέτωσαν, εἶπεν ἡ Ὀλυμπιάς, αἱ διαβολαί· σὺ γὰρ ἐν σεαυτῇ τὰ φάρμακα ἔχεις.

72. Συβαρῖται διὰ πλατείας.] Ἐπὶ τῶν σοβαρῶς πορευομένων· Συβαρίτης ἐπιδημήσας Λακεδαίμονι, καὶ τὰ ἔθη ἰδὼν καὶ τὰς καρτερήσεις οἷς ἐκ παίδων ἀνατρέφονται, οὐδὲν ἔφη θαυμαστὸν αὐτοὺς ποιεῖν, ῥαδίως ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας, ὑπὲρ τοῦ μὴ οὕτω ζῆν.

73. Συστομώτερος σκάφης.] Τάσσεται ἐπὶ τῶν διὰ τὸ ἀγενὲς σιωπώντων, ἀπὸ τοῦ μετοίκους Ἀθήνησιν ἐν ταῖς δημοτελέσι πομπαῖς σκάφας φέροντας πομπεύειν· καὶ ὁπότε γὰρ ἐβούλοντο μέτοικον δηλῶσαι, ἢ σκάφην ἔλεγον, ἢ σκαφηφόρον. διὰ γὰρ τὸ ἀπαρρησίαστον εἶναι, συστομώτερον ποιήσειν ἀπειλεῖν σκάφης.

74. Συντομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή.] Παρόσον τὰ μὲν καλὰ δυσχερῆ· τὰ δὲ κακά, πρόχειρα. .....

75. Συνῆλθον Ἀτταγᾶς καὶ Νουμήνιος.] Ἐπὶ δύο κλεπτῶν τοῦτο.

76. Σὺ τὴν εὐγένειαν ἐν τοῖς ἀστραγάλοις ἔχεις.] τοῦτ' εἶπεν Ἡρώδης πρὸς Βαδοῦαν τὸν ἀδελφὸν τῆς Ῥηδίλλης, γυναικὸς αὐτῷ οὔσης, ὅτε ἐκρίνετο περὶ φόνου· σύμβολον γὰρ εὐγενείας ἔφερεν ἐπηρτημένον τῷ ὑποδήματι, ἐπισφύριον ἐλεφάντινον μηνοειδές.

70. *Syrbenеorum chorus.*] Conturbatus & suillus. ab ijs, qui suibus acclamant.

71. *Tu in te ipsa pharmaca habes.*] De mulieribus quæ propter formam viros ad se trahunt. Dicitur & de alijs virtutibus. Philippus enim Thessalam mulierem adamauit, quæ accusabatur quod ipsum veneficijs eo adegisset. Egit igitur Olympias vt vir suus mulierem coram se ad manum haberet, quæ vbi in conspectum eius venit decensque eius forma apparuit, & cum illo non inscitè neque insulsè locuta est; facessant, inquit, Olympias calumniæ: tu enim in teipsa pharmaca habes.

72. *Sybaritæ per plateas.*] De ijs, qui insolenter egrediuntur. Sybarita quidam cum Lacedæmone peregrè ageret, & mores temperantiamque quibus à pueris innutriebantur videret, nihil mirũ facere aiebat, si in bello facile occumberent, ne ita viuere cogerentur.

73. *Taciturnior scapha.*] Ponitur de ijs, qui propter generis ignobilitatem tacent; eo quod inquilini in publicis pompis scaphas ferebant, & quãdo volebant inquilinum significare, aut scapham vocabãt aut scaphæ baiulum. Vel quod id genus hominum nulla in dicendo libertate vtebatur. Hinc illa comminatio, Reddam te scapha taciturniorem.

74. *Compendiosa improbitas, tarda virtus.*] Eo quod pulchra difficilia, mala autem procliuia & per mille labores quæ pulchra sunt comparantur.

75. *Conuenerunt Attagas & Numedius.*] De duobus furibus.

76. *Nobilitatem generis in talis geris.*] Hoc dicti Herodes ad Baduã Redillæ vxoris suæ fratrem cum cædis condemnaretur vsurpauit. Notam enim nobilitatis calceo innexam super talare eburneum lunæ formam referens.

77. *Cum Minerua etiam manus moue.*] Quidam oraculum accepit, vt admota manu Deum inuocaret.

78. *Syncretiſmum habes.*] Dictum de ijs, qui propter neceſſitatem ſibi inuicem propugnant. Cretenſes enim inter ſe ſeditionem agitantes, cum viderent externum exercitum patriæ interim ſuæ bellum inferre, mutui auxilij inter ſe ſocietatem fœduſque inierunt, qui Syncretiſmus vocabatur.

79. *Ficulneum auxilium.*] Infirmum nempe & inutile. Ficus enim arbor mollis planta eſt, & ligna eius nullius vſus. Similis huic: *Ficulneus caculus.* &: *Ficulneus gladius.*

80. *Primùm experienti venia danda.*] De ijs, qui in re cuiuſpiam primo aggreſſu errant.

81. *Sphacelus tibi.*] Irriſio quæ fit oſtenſo medio manus digito. Nonnulli ſphacelum vocant, oſſium putrefactionem.

82. *Conſigna ſermones quidem ſilentio, ſilentium verò tempore.*] Solonis Execeſtidæ filij.

83. *Gygis annulus.*] Similis: *Galea Orci.* De ijs, qui obſcura quædam & tecta faciunt. Plato philoſophus in libro de Repub. ita fabulam effert. Gyges, inquit, paſtor erat in Lydia, qui quum oues in quodam monte paſceret, in ſpeluncam incidit: in quam ingreſſus inuenit equum æreum, in eoque hominem mortuum & annulum: cuius annuli pala, quam vocant fundam, mobilis erat. Accepto igitur annulo egreſſus eſt Gyges. Cæterùm quum annulus ille conſueto ſuo loco erat, ab omnibus videbatur: quando autē palam eius vertebat, inconſpicuus omnibus redditus eſt. Et Plato quidē ideo hanc infert fabulam, quod dicat virum iuſtum

77. Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρας κίνει.] Χρησμόν τις ἔλαβε, τὴν χεῖρα προσφέροντα θεὸν καλεῖν.

78. Συγκρητισμὸν ἔχεις.] Εἴρηται ἐπὶ τῶν δι' ἀνάγκην συμμάχων γινομένων ἀλλήλοις· οἱ Κρῆτες γὰρ καθ' ἑαυτοὺς στασιάζοντες, ὅτε στρατὸν ξενικὸν ἑώρων ἐπιστρατεύοντα τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, συμμαχίαν καὶ ὁμαιχμίαν ἠσπάζοντο· ὅπερ συγκρητισμὸς ἐκλήθη.

79. Συκίνη ἐπικουρία.] Ἀντὶ τοῦ ἀσθενὴς καὶ ἀνωφελής· ἡ γὰρ συκῆ χαῦνον φυτόν ἐστι καὶ ἀνωφελῆ ξύλα ποιεῖ. Ὁμοία τῇ· Συκίνη βακτηρία. καὶ· Συκίνη μάχαιρα.

80. Συγγνώμη πρωτοπείρῳ.] Ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πρώτοις ἁμαρτανόντων.

81. Σφάκελός σοι.] Ὁ διὰ τοῦ μέσου τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς γενόμενος χλευασμός· σφάκελον δ' ἔνιοι λέγουσι τὴν σῆψιν τῶν ὀστέων.

82. Σφράγιζεν μὲν λόγους σιγῇ· τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ.] Σόλωνος τοῦ Ἐξηκεστίδου.

83. Σφενδόνη Γύγου.] Ὁμοία τῇ· Κυνῆ ἄϊδος. ἐπὶ τῶν ἀφανῆ τινα καὶ ἀπόκρυφα ποιούντων· Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν ταῖς πολιτείαις εἰσφέρει τὸν μῦθον τοῦτον· οὕτω λέγων. Ὅτι Γύγης ἦν τις ποιμὴν περὶ τὴν Λυδίαν· οὗτος ποιμαίνων ἔν τινι ὄρει τὰ πρόβατα, περιέτυχε σπηλαίῳ τινί· καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῷ εὗρεν ἵππον χαλκοῦν, καὶ ἔνδον τοῦ χαλκοῦ ἵππου νεκρὸν ἄνθρωπον καὶ δακτύλιον· οὗ δακτυλίου ἡ κεφαλὴ στρεπτὴ ἦν καὶ ἐστρέφετο, ἣν καλοῦσι σφενδόνην. ἔλαβεν οὖν ὁ Γύγης τὸν δακτύλιον καὶ ἐξῆλθε. καὶ ἡνίκα μὲν ἦν τῇ τάξει ὁ δακτύλιος, ἑωρᾶτο ὑπὸ πάντων· ἡνίκα δὲ τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου ἔστρεφεν, ἀφανὴς ἐγίνετο πᾶσιν. Ὁ οὖν Πλάτων εἰσφέρει τὸν μῦθον τοῦτον, ὅτι φησὶν, ὁ δίκαιος ἀνὴρ, κἂν τοῦ Γύγου λάβῃ δακτύλιον,

τύλιον, ἵνα μὴ ὁρᾶται ὑπό τινος, οὐδ᾽ οὕτως ὤφειλεν ἀδικεῖν· δεῖ γὰρ τὸ καλὸν, δι᾽ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δι᾽ ἄλλον τινὰ τρόπον.

84. Σχῆμα καὶ τριώβολον.] Ἐπὶ τῶν διὰ μικρὸν κέρδος σεμνότητα ὑποκρινόντων.

85. Σχῖνον διατρώγειν.] Ἐπὶ τῶν καλλωπιζόντων ἑαυτούς. οἱ γὰρ τοιοῦτοι εἰώθασι σχῖνον διατρώγειν· ἕνεκα τοῦ λευκοὺς ὀδόντας ἔχειν· παρόσον καὶ τοὺς τοιούτους σχινοτρώκτας ἐκάλουν.

etiamsi annulũ capiat, ita vt à nemine videri posſit, ne ſic quidem iniuſti quicquam commiſſurum. Oportet enim virtutem propter ipſum bonum exercere, non autem alterius rei cauſa.

84. *Geſtus ſeu figura.*] De ijs, qui propter exiguum lucrum, grauitatem effingunt.

85. *Lentiſcum arrodere.*] De ijs, qui ſeſe exornant. Tales enim ſolent lentiſcum arrodere, vt candidos dentes habeant. Vnde factum, vt tales σχινοτρώκτας, hoc eſt lentiſci arroſores, appellarent.

T.

86. Τάδ᾽ ἐκ τρίποδος.] Τίθεται ἐπὶ τῶν πάνυ ἀληθῶν. Ἀριστοκλεία γὰρ, τῇ Πυθίᾳ γενομένῃ, μιχθῆναι Πυθαγόραν τὸν ἀδελφὸν, καὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῆς μαντευομένων παρασημειοῦσθαι ὡς ἐκ τρίποδος.

87. Τὰ Νικησίου δρᾷ.] Ἐπὶ τῶν μαλακῶν· τοιοῦτος γὰρ ὁ Νικησίας ἦν.

88. Ταῦρος ὑπερκύψας τὸ Ταΰγετον, ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα ἔπιεν.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων· Γεράδας γάρ τις Σπαρτιάτης, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ξένου τινὸς, εἰ πάσχουσι παρ᾽ αὐτοῖς οἱ μοιχοὶ, εἶπεν, ὦ ξένε, οὐδεὶς γίνεται μοιχὸς παρ᾽ ἡμῖν· ἐκείνου δὲ ὑπολαβόντος, ἐὰν οὖν γένηται, ταῦρον, ἔφη ὁ Γεράδας, ἐκτίνει μέγαν, ὃς ὑπερκύψας τὸ Ταΰγετον, ἀπὸ τοῦ Εὐρώτα πίεται· θαυμάζαντος δ᾽ ἐκείνου, καὶ φήσαντος· πῶς δ᾽ ἂν γένοιτο βοῦς τηλικοῦτος· γελάσας ὁ Γεράδας, πῶς δ᾽ ἂν, ἔφη, ἐν Σπάρτῃ μοιχὸς γένοιτο.

89. Τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει.] Κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου ἔφοδον τοὺς Ἕλληνας ἀπε-

T.

86. *Haec ex tripode.*] Ponitur de admodum veris. Ferunt enim Ariſtocleæ ſacerdoti Pythiæ Pythagoram fratrem corpus commiſcuiſſe, & oracula quæ per illam reddebantur tanquam ex tripode edita conſignaſſe.

87. *Facit ea quæ Niceſias.*] De mollibus. Talis enim Niceſias fuit.

88. *Taurus vltra Taygetum proſpiciens, ex Eurota bibit.*] De impoſsibilibus. Geradas enim Spartiata ab externo quopiam interrogatus, ſi adulteri pœna aliqua apud ipſos afficerentur, Hoſpes, inquit, nullus apud nos adulter; illo autem ſuſcipiente, quid autem ſi aliquis ſit? Taurum, inquit, Geradas, magnum luit, qui vltra Taygetum ſeſe attollens ex Eurota bibit. Illo autem admirante, & quomodo talis taurus fieri poſſit quærente, ridens Geradas, Quomodo verò, inquit, Spartæ mœchus fieri poſſit?

89. *Hæc Medus non cuſtodiet.*] Sub expeditionẽ Xerxis, ferunt Græcos rebus

bus desperatis opes suas consumsisse, addentes, Hæc Medus non custodiet.

90. *Ad opus manum admouendo fortunam inuoca.*] Quod oporteat Deos inuocare, simul aliquid facere aggressus; non verò aliter.

91. *Inueniendæ viris virgines sunt, vxores iam habentibus conseruandæ.*] Ita Lacō quidā respondit, interrogatus cur virgines detectas, vxores autem contectas in publicum producant.

92. *Tænarium malum.*] Quando insignis iniquitas in seruos committitur. Lacedæmonij enim Helotas, hoc est mancipia, in Tænarum confugientes interfecerunt.

93. *Cinyræ trutinæ.*] De ijs, qui æqualitatem & iustitiam seruant.

94. *Ad cribrum dicta.*] Quasi omnino vera sint.

95. *Quæstor probus.*] De ijs, qui accuratè tum propria tum publica seruant. Fuerunt autem ταμίαι, magistratus Athenis, ex ijs quibus quinquaginta medimnorum census erat, per suffragia electi, qui pecunias sacras publicasque in Mineruæ templo, quod in arce erat, conseruabant, atq; insuper ipsum Mineruæ simulachrum. Fuerũt & alij ταμίαι, seu magistratus, creati ad sacras & publicas triremes curandas: hic quidem ad illam quæ πάραλος vocabatur, ille verò ad alteram quæ Iouis Ammonis dicebatur.

96. *Quæque in prora, quæque in puppi, omnia perierunt.*] De ijs, qui internecione pereunt.

97. *Priorum non memini, media non intelligo, vniuersa non probo.*] In eos, qui multa loquuntur & omnia nullius rei. Similis huic parœmiæ: *Priorum obliti sumus, posteriora autem non intelleximus, quod priora obliuioni tradita sunt.*

ρηκότας τὰ ἑαυτῶν ἀναλίσκειν καὶ διαπανᾶν, ἐπιλέγοντας, Τάδε Μῆδος οὐ φυλάξει.

90. Ταν χεῖρα ποτιφέροντα, τὰν τύχαν καλεῖν.] Ὡς δέον ἐπικαλεῖσθαι τοὺς θεοὺς μετὰ τοῦ ἐγχειρεῖν τι καὶ πράττειν· ἄλλως δὲ μή.

91. Τὰς μὲν κόρας, ἄνδρας εὑρεῖν δεῖ· τὰς δὲ γυναῖκας σώζειν τοὺς ἔχοντας.] Λάκων τοῦτ' ἔφη ἐρωτηθείς· διὰ τί τὰς μὲν κόρας ἀκαλύπτους, τὰς δὲ γυναῖκας ἐγκεκαλυμμένας εἰς τοὐμφανὲς ἄγουσιν.

92. Ταινάρειον κακόν.] Ἀντὶ τοῦ μέγα καὶ παράνομον, εἰς οἰκέτας· οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι καταφυγόντας τοὺς εἵλωτας εἰς τὸ Ταίναρον, ἀπέκτειναν.

93. Τὰ Κινύρου τάλαντα.] Ἐπὶ τῶν τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον φυλαττόντων.

94. Τὰ ἐπὶ κοσκίνῳ.] Λεγομένων δὴ, οἷον τ' ἀληθῆ πάντα.

95. Ταμίας ἀγαθός.] Ἐπὶ τῶν ἀκριβῶς φυλαττόντων, τά τε ἴδια, τά τε δημόσια· ταμίαι δὲ ἦσαν ἄρχοντες ἐν Ἀθήναις κληρωτικὰ, ἀπὸ τῶν πεντακοσιομεδίμνων, οἳ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν ἀκροπόλει χρήματα ἱερά τε καὶ δημόσια ἐφύλαττον. ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς· ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι ταμίαι ἄρχοντες χειροτονητοὶ ἐπὶ τὰς ἱερὰς καὶ δημοσίας τριήρεις· ὁ μὲν ἐπὶ τὴν πάραλον, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ Ἄμμωνος.

96. Τὰ ἐκ πρώρας, καὶ τὰ ἐκ πρύμνης ἀπόλλυται.] Ἐπὶ τῶν πανολεθρίᾳ φθειρομένων.

97. Τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς, οὐ μέμνημαι, τὰ δὲ μέσα, οὐ συνίημι· τὰ δὲ ἐπὶ πᾶσιν, οὐ δοκιμάζω.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ λεγόντων, καὶ πάντα οὐδενὸς ἄξια· ὁμοία τῇ, Τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμεν, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμεν, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελῆσθαι.

98. Τὰ

98. Τὰ Μέροπος δρᾷς.] Ἐπὶ τῶν τἀναντία πάντων ἢ δρώντων, ἢ λεγόντων· ὁ γὰρ Μέροψ τὸ ὄρνεον ἔμπαλιν φασὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι πέταται· τὰ μὲν γὰρ εἰς τοὔμπροσθεν ἵεται καὶ κατ᾽ ὀφθαλμούς· ὁ δὲ εἰς τοὐπίσω· λέγεται δ᾽ καὶ τοῦτο περὶ αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἀναμένει τοὺς πατέρας, ἀλλ᾽ ἅμα τῷ φῦσαι τὰ ὠκύπτερα, τοῦτο ἐργάζεται.

99. Τὰ ἀπὸ Νάννακος ταῦτα.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ παλαιότητι θαυμαζομένων. Νάννακος γὰρ Φρυγῶν βασιλεὺς πρὸ τῶν Δευκαλίωνος χρόνων.

100. Ταντάλου κῆπον τρυγᾷς.] Ἐπὶ τῶν μάταια ποιούντων· παρόσον σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

98. *Meropis more agis.*] De ijs, qui omnia ab alijs contraria dicunt & faciunt: Merops enim auis, vt aiunt, contrario modo quam reliquæ aues volat: illæ enim prorſum ſecundum oculorum aſpectum feruntur, hic autem deorſum: de quo & hoc dicitur, quod non expectatis parentibus, ſimul atque pennæ velociores innatæ ſunt, hoc faciat.

99. *Hæc à temporibus Nannaci ſunt.*] De rebus quæ ob vetuſtatem ſunt admirationi. Nannacus enim rex Phrygum ante Deucalionis tempora fuit.

100. *Tantali hortum vindemias.*] De ijs, qui ſtultè quid faciunt, quod omnes voluptates vmbra & ſomnium ſint.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Ιή.

1. ΤΑ δ᾽ οὐ παρὰ τοῖσι κενταύροισι.] Λεγόμενόν τι ἦν· Τηλεκλείδης περὶ τῶν δυναστῶν. * * *

2. Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν.] Ἐπὶ τῶν ἀπαρακαλύπτως σκωπτόντων· Ἀθήνησι γὰρ ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ, οἱ κωμάζοντες ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν, τοὺς ἀπαντῶντας ἔσκωπτόν τε καὶ ἐλοιδόρουν· τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ τοῖς Ληναίοις ὕστερον ἐποίουν.

3. Ταυτόν ἐστι χιλίων προβάτων κρατήσαντα, πεντήκοντα λύκοις μάχεσθαι.] Ὅτι δεῖ κρατήσαντα μὴ αὖθις κινδυνεύειν.

4. Τὰ ἐν χερσὶ κρατούμενα, μείζονά ἐστι τῶν προσδοκωμένων.]

5. Τὰ ἐν ποσὶ οὐκ εἶδεν.] Ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν.

6. Τὰ Μαγνήτων κακά.] Ἐπὶ τῶν μεγίστων καὶ ἀλγεινοτάτων κακῶν· παρόσον ἐπὶ ἀσεβήσαντες εἰς θεοὺς, μεγάλων κακῶν ἐπειράθησαν.

CENTVRIA XVIII.

1. HÆc non ſunt apud centauros.] Dictum Theleclidæ ad potentes quoſdam.

2. *Ex plauſtris dicta.*] De ijs, qui apertè irrident. Athenis enim in feſto Choorum comeſſantes in plauſtris, obuios ſibi irridebant & conuicijs inceſſebant: idem quoque poſtea Lenæis ludis faciebant.

3. *Perinde eſt, ac ſi quis, poſtquam mille oues ſibi ſubiecit, contra quinquaginta lupos pugnet.*] Vbi quis victor euaſit, non amplius rem periculo committendam eſſe.

4. *Quæ manibus tenentur, meliora ſunt ijs quæ expectantur.*]

5. *Quæ ante pedes ſunt non nouit.*]

6. *Magnetum mala.*] De maximis ac miſerrimis malis. Quod illi impietate in Deos commiſſa, magna fuerint mala experti.

7. *Tantali pœnæ.*] In eos, qui licet bona consequuti sint, illis tamen frui non permittuntur. Ferunt enim ante Tantalum omnis generis arbores esse positas, & quando manum extendit, vt aliquid ex illis carpat, ab ipso declinare: siue quod fons aqua plenus sit, magnumque saxum supra caput ipsius impendeat, & quoties inclinat se ad bibendum; saxum illud cadat, nec vt ille bibat permittat, idque perpetuo. Tantalus filius fuit Tmoli & Plutus, Tantali verò & Euprytus reginæ, Pelops, Broteas, & Niobe: Pelopis & Hippodamiæ Atreus, Thyestes, Dias, Cynosurus, Corinthius, Hippalmus, Hippasus, Cleon, Argo, Alcatho, Heleius, Pittheus, Trœzen, Nicippe, Lysidice, & ex quadam Axioche Chrysippus spurius, quem reliqui Pelopidæ inuidiâ prosequentes, quod à patre cæteris prælatus esset, persuadent Atreo & Thyestæ vnà cum matre sua iam maximè vetula, vt puerum de medio tollant, quem illi peremptum in puteum coniecerunt. Pelops autem filios suos ea de re suspectos habens, mala illis imprecatus patria ejicit.] quorum alij alio habitatum iuerunt. Atreus autem & Thyestes in Triphyliam profecti, Mecestum incoluerunt, ductaque in vxorem Cleola Diantis filia, Atreus Plisthenem corpore debilem ex illa generauit, qui Eriphylem vxorem ducens, Agamemnonem & Menelaum cum Anaxibio postquam liberos sustulisset, iuuenis obiens patri filios suos reliquit. Thyestes porrò Laodemiam in vxorem habens, liberos ex illa generauit, Orchomenem, Agauen & Calea. Cumque Heraclidæ Peloponesum obtinuissent, oraculo Apollo edixit, vt illis Lacedæmone eiectis Pelopidæ regnarent.

8. *Ficos ficos dico, & panarium pa-*

7. Ταντάλειοι τιμωρίαι.] Ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν μὲν ἐπιτυχόντων, μὴ συγχωρουμένων δὲ ἀπολαύειν αὐτῶν. Φασὶ γὰρ τοῦ Ταντάλου ἔμπροσθεν εἶναι παντοδαπὰ δένδρα· καὶ ἡνίκα ἂν τὴν χεῖρα ἐκτείνῃ λαβεῖν τι τῶν δένδρων, ἐκκλίνουσιν ἀπ' αὐτοῦ· ἢ ὅτι πηγὴ πλήρης ὕδατός ἐστι, καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς λίθος μεγάλη κρέμεται· καὶ ἡνίκα ἂν κύψῃ τοῦ πιεῖν, πίπτει ἡ πέτρα· καὶ οὐκ ἐᾷ αὐτὸν πιεῖν. καὶ τοῦτο ἀϊδίως. Τάνταλος, υἱὸς Τμώλου καὶ Πλουτοῦς· Ταντάλου δὲ καὶ Εὐρυτοῦς ἀνάσσης, Πέλοψ, Βρόπιας, Νιόβη· Πέλοπος δὲ καὶ Ἱπποδαμείας, Ἀτρεὺς, Θυέστης, Δίας, Κυνόσουρος, Κορίνθιος, Ἵππαλμος, Ἵππασος, Κλέων, Ἀργὼ, Ἀλκαθὼ, Ἑλεῖος, Πιτθεὺς, Τροιζὴν, Νικίππη, Λυσιδίκη, καὶ ἔκ τινος Ἀξιόχης νόθος Χρύσιππος· τοῦτον φθονοῦντες οἱ λοιποὶ Πελοπίδαι, ὡς προκεκριμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἀναπείθουσιν ἅμα τῇ μητρὶ τῇ πρεσβυτάτῃ, Ἀτρέα καὶ Θυέστην, ἀνελεῖν τὸν παῖδα· οἱ δὲ ἀποκτείναντες, εἰς φρέαρ ἐνέβαλον. Ὁ δὲ Πέλοψ ὑπόπτους ἔχων τοὺς παῖδας, ἐκβάλλει τῆς πατρίδος, ἐπαρασάμενος τούτους· ἀλλ' οἱ μὲν οὖν ἄλλῃ ᾤκησαν· Ἀτρεὺς δὲ καὶ Θυέστης ἐλθόντες ἐν τῇ Τριφυλίᾳ, ᾤκησαν ἐν Μηκεστῷ· καὶ Ἀτρεὺς μὲν Κλέολαν τὴν Δίαντος ἀγαγόμενος, ἔσχε Πλεισθένην, τὸ σῶμα ἀσθενῆ· ὃς Ἐριφύλην γήμας, ἔσχε Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλαον, καὶ Ἀναξίβιον· νέος δὲ τελευτῶν ὁ Πλεισθένης, καταλείπει τῷ πατρὶ τοὺς παῖδας. Θυέστης δὲ λαβὼν Λαοδάμειαν, ἔσχεν Ὀρχομένην, Ἀγάυην, Καλέα· τῶν δὲ Ἡρακλειδῶν κατασχόντων τὴν Πελοπόννησον, ἔχρησεν ὁ θεὸς, τούτους μὲν ἀπωσθῆναι Λακεδαίμονος, τοὺς δὲ Πελοπίδας βασιλεῦσαι.

8. Τὰ σῦκα σῦκα λέγω, καὶ τὴν κάρδο-

κάρδοπον.] Ἐπὶ τῶν τἀληθῆ λεγόντων ἀνεπιφθόνως.

9. Τὰ πρῶτ᾽ ἀρίστους παῖδας Αἴγιν᾽ ἐκτρέφει.] Ἐν ἀκμῇ γὰρ μεταβάλλουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον οἱ Αἰγινῆται, ἀπὸ Ἀχιλλέως, Πατρόκλου, Αἴαντος, Νεοπτολέμου.

10. Τὰ πέρυσι ἀεὶ βελτίω.] Ἐπὶ τῶν κατόπιν ἐν ταῖς χερσὶ γινομένων· ταπεινούμενοι γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ τὰ Μακεδονικὰ, ἐπεφώνουν τὸ τοιοῦτον.

11. Τὰ τῶν φόρων κρείττω.] Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Εὐθυνογένους δευτέρῳ· παροιμία λεγομένη· πλείω δὲ φερόμενοι ὧν ἠδίκησαν.

12. Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις.] Αὕτη λέγεται ἐπὶ τῶν δεδιότων τινὰς ἀνηκέστους αἰκισμοὺς παθεῖν, ἕνεκα προδόσιος· παρῆλθε δὲ, ἀπὸ τῶν γινομένων ὑπὸ Ἀθηναίων εἰς Σαμίους αἰκισμῶν· ἑλόντες γὰρ αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἔστιξαν τῇ καλουμένῃ Σάμῃ· ἥ ἐστιν εἶδος πάθους Σαμιακοῦ· ἀνθ᾽ ὧν καὶ οἱ Σάμιοι τοὺς ἁλόντας μετὰ ταῦτα Ἀθηναίων ἔστιξαν.

13. Ταρτησία μύραινα.] Ἐπ᾽ ὑπερμεγέθους· ὡς ἐκεῖ γενομένων μεγίστων.

14. Τὰ Ταντάλου τάλαντα.] Πλούσιος ὁ Φρὺξ Τάνταλος διεβεβόητο· Πλούτου καὶ Διὸς λεγόμενος· κέχρηται δὲ τῇ παροιμίᾳ καὶ Ἀνακρέων ἐν τρίτῳ· γέγονε δὲ παρὰ τὸ ὄνομα τάλαντα· ὡς καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ εἴρηται, Ταντάλου τάλαντα ταντιλίζεται.

15. Τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμούμεναι.] Λέγεται ὁπόταν καὶ οἱ ὑποχείριοι τοῖς ἄρχουσιν ἐπὶ κακῷ συμφωνοῦσι.

16. Ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια.] Ἐπὶ τῶν τελευταῖα ποιούντων.

17. Τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας.] Τιμᾶται ἡ τριακὰς ἐν ᾅδου, διὰ τὴν Ἑκά-

narium.] De ijs, qui liberaliter vera loquuntur.

9. *Agina primùm liberos alit optimos.*] Vbi enim ad robustam ætatem peruenerunt, in peius sese Æginetæ transmutant. Ab Achille, Patroclo, Aiace, Neoptolemo.

10. *Res præcedentis anni semper meliores.*] De ijs, qui sequenti tempore in deteriora incidunt: Athenienses enim bello Macedonico malis afflicti, tale quid dicebant.

11. *Tributis potiora.*] Hyperides oratione secunda contra Euthunogenem: plura vt habet parœmia ex ijs, quæ iniustè deliquerunt referentes.

12. *Samiorum mala vereris.*] Dicitur parœmia de ijs, qui ne immedicabiles cruciatus propter proditionem perpetiantur timent. Manauit porrò parœmia à cruciatibus quos Samij ab Atheniensibus subacti pertulerunt. Captos enim illos Athenienses partim quidem occiderunt, partim verò notis punxerunt, quæ Samæ appellantur: species videlicet Samiæ calamitatis. Ob quod etiam Samij captos Athenienses similiter stigmatis notarunt.

13. *Tartesia muræna.*] De insigniter magna, quod ibi magnæ murænæ gignantur.

14. *Tantali talenta.*] Tantalus Phryx ob diuitias celebris fuit, Plutus siue Opulentiæ & Iouis filius dictus. Vsus est etiam hac parœmia Anacreon in tertio. ducta autem ab hoc nomine dictio τάλαντα: vt etiam à Comico vsurpatur, Tantali talenta tantalizat, hoc est ferit.

15. *Dominas suas canes imitantur.*] Dicitur quando illi qui alijs subsunt, in malum illis consentiunt.

16. *Hæc tibi Pythia & Delia.*] De ijs, qui aliqua postremum faciunt.

17. *Inferorum trigesimos mensis dies.*] In honore est dies trigesimus cuiusq; mēsis apud

apud inferos propter Hecatem: nam Minerua & Diana & Hecate idem esse videntur.

18. *Quæ vltra Gades, non sunt penetrabilia.*] De longè sitis & impossibilibus. Gades autem sunt extra nostrum oceanũ, quem Andron Halicarnassensis in vxores duxisse ait Pompholygen & Parthenopen, & ex Parthenope suscepisse Europam, ex Pompholyge autem Asiam & Libyam, vnde etiam nomen regiones illæ terrarum, nomen acceperunt.

19. *Ista Cumanis, mihi autem sit asinus.*] De ijs, qui minimè formidanda formidant. Aiunt enim Cumanos asinum tanquam feram bestiam horrere, proinde agasonem quum asinus fugiens lasciuiret, illum verberasse, & præcedens dictum vsurpasse.

20. *Tria quæ ad mortem spectant.*] Hinc orta parœmia, quod quidam Apollinem Delphicum consulens, obsignata oracula accepit, prædictumque illi fuit, si illa dissolueret, pœnam illi trium esse luendam: aut enim oculis necessario, aut manu, aut lingua priuandum. Alij autem ab ijs, qui ad mortem condemnati erant, tractam aiunt, quibus tria hæc adferebantur, gladius, laqueus, cicuta.

21. *Opes amicos comparant mortalibus.*]

22. *Iuramenta celeriter incedentia.*] Aristarchus per antiphrasin capit, pro lentis siue tardis. Melius autem pro ijs, quæ in amore fiunt accipienda. extra pœnam enim sunt qui ita periurarunt. Vnde & parœmia, *Venereum iuramentum, pœnæ subiectum non est.*

23. *Tauropola Diana velocior.*] Instar tauri enim illa omnia circuit. Sic Apollodorus. Istrus autem, quod taurum à Neptuno Hippolyto immissum occiderit. Est etiam Minerua Tauropola in Andro. Quum enim Anius taurum Atridis dedisset, iussit vt vbi ex naue exsilijsset, ædem Mineruæ conderent. atque ita prosperè nauigarent: ille autem in Andro exsilijt.

την· καὶ γὰρ Ἀθηνᾶ, καὶ Ἄρτεμις, καὶ Ἑκάτη ἓν εἶναι δοκοῦσι.

18. Τὰ πέρα Γαδείρων οὐ περατά.] Ἐπὶ τῶν πόῤῥωτάτω καὶ ἀδυνάτων· τὰ δὲ Γάδειρά ἐστιν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης περὶ τὸν ὠκεανόν· ὃν Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεύς φησι γήμαντα Πομφολύγην καὶ Παρθενόπην, ἐκ μὲν Παρθενόπης σχεῖν Εὐρώπην, ἐκ δὲ Πομφολύγης Ἀσίαν καὶ Λιβύην· ὅθεν ὠνομάσθη τὰς ἠπείρους.

19. Ταῦτα Κυμαίοις, ἐμοὶ δὲ ὄνος εἴη.] Ἐπὶ τῶν μετὰ δέους τἀνάξια δεδιότων· φασὶ γὰρ τοὺς Κυμαίους ὡς θηρίον δεδιέναι τὸν ὄνον· ὀνηλάτην οὖν φυγόντα ὄνον καὶ σκιρτῶντα παίειν καὶ λέγειν τὸ προκείμενον.

20. Τὰ τρία εἰς τὸν θάνατον.] Ὅτι ὁ μαντευόμενος ἐν Δελφοῖς σεσημασμένους ἐλάμβανε τοὺς χρησμούς. καὶ προείρητο αὐτῷ, εἰ λύσει, ζημία τῶν τριῶν· ἢ γὰρ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτὸν ἔδει στερηθῆναι, ἢ τῆς χειρὸς, ἢ τῆς γλώττης· ἄλλοι δέ φασιν ἐπὶ τῶν κατακρινομένων τῷ θανάτῳ προσεφέρετο τὰ τρία ταῦτα· ξίφος, βρόχος, κώνειον.

21. Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.]

22. Ταχυβάμονας ὅρκους.] Ἀρίσταρχος κατὰ ἀντίφρασιν ἀκούει· ἀντὶ τοῦ βραδεῖς· βέλτιον δὲ τοὺς ἐν ἔρωτι γενομένους νοεῖν· ἀβλαβεῖς γὰρ οἱ ἐπιορκήσαντες· ὅθεν ἡ παροιμία, Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

23. Ταυροπόλου Ἀρτέμιδος ταχύτερος.] Ὡς γὰρ ταῦρος περίεισι πάντα· οὕτως Ἀπολλόδωρος. Ἴστρος δὲ, ὅτι τὸν ὑπὸ Ποσειδῶνος ἐπιπεμφθέντα Ἱππολύτῳ ταῦρον ἔκτεινε· καὶ ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ταυροπόλος ἐν Ἄνδρῳ. ὁ γὰρ Ἄνιος δοὺς ταῦρον τοῖς Ἀτρείδαις, ἐκέλευσεν, ὅπου ἂν ἐκ τῆς νεὼς ἅλληται, ναὸν ἱδρύσασθαι Ἀθηνᾷ· οὕτως εὐπλοήσειν. ὁ δ' ἐν Ἄνδρῳ ἐξήλλατο.

24. Τελευ-

24. Τελενίκου πενέστερος.] Ὅθεν καὶ τὸ κενῶσαι, τελενικῆσαι λέγουσιν οἱ Σερίφιοι, ἀπὸ τούτου, ὡς τὸ εἰκὸς, πένητος παντελῶς· λέγεται καὶ Τελενίκιος ἠχὼ μεταφορικῶς, ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν μὴ ἐχόντων ἔνδον τι.

25. Τελμισσεῖς οἰκοῦσιν ἐν Καρίᾳ.] Ἀντὶ τοῦ δοῦλοι παροικοῦσι δούλοις, καὶ πένησι πένητες· ἀπέχοντες στάδιον Ἁλικαρνάσσου, ὡς Πολέμων. Τελμισσὸς δὲ πόλις ἐν Λυκίᾳ, ἀπὸ Τελμισσοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ μιᾶς τῶν Ἀντήνορος θυγατέρων, ᾗ ἐμίγη εἰς σκύλακα μεταβαλών. διὸ καὶ τερατοσκόπον αὐτὴν ἐποίησεν, ὡς Διονύσιος ἐν κτίσεσιν.

26. Τενέδιος ἄνθρωπος, ἢ Τενέδιος πέλεκυς.] Κύκνον τὸν Ποσειδῶνος, γενόμενον πατέρα Ἡμιθέας καὶ Τέννου, ἐπιγῆμαι τούτοις, καὶ κατηγορηθῆναι τὸν Τέννην ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς, ὡς πειρῶντα αὐτήν· πεισθέντα δὲ Κύκνον, εἰς λάρνακα βαλεῖν τὸν νεανίαν. ἑλομένης δὲ τῆς Ἡμιθέας συγκινδυνεύειν τῷ ἀδελφῷ, ἑκατέρους καταπόντωσεν· ἡ δὲ λάρναξ, ἐπὶ τὴν πρότερον καλουμένην Λευκοφόρον ἠνέχθη, ὕστερον δὲ Τένεδον, ἀπ' ἐκείνου· ὃς καὶ βασιλεύσας τῆς νήσου, ἐνομοθέτησε τοῖς τὰ ψευδῆ κατηγοροῦσιν ὄπισθεν παρεστάναι τὸν δήμιον, πέλεκυν ἐπηρμένον, ὡς ἐλεγχθέντας παραχρῆμα ἀναιρεῖσθαι· ἀπὸ δὲ τοῦ φοβεροῦ θεάματος ἐκείνου λέγεσθαι, Τενέδιος ἄνθρωπος. εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν φοβερῶν τὰς ὄψεις.

27. Τέλος ὅρα τοῦ βίου.] Τοῦτο τὸ ἀπόφθεγμα Σόλων εἶπε τῷ Κροίσῳ.

28. Τενέδιος συνήγορος.] Ἀντὶ τοῦ ἀπότομος· δύο γὰρ πελέκεις ἐν ἀναθήμασι τιμῶσι Τενέδιοι· καὶ παροιμία, Τενέδιος πέλεκυς. Ἀριστοτέλης μέν τοι, ὅτι βασιλεὺς Τενέδιος μετὰ πελέκεος

24. *Telenico pauperior.*] Vnde pro euacuare τελενικῆσαι Seriphij vsurpant, ab eodem, tanquam à prorsus paupere. Dicitur & Telenicia echo per translationem, à vasis quæ nihil intus habent.

25. *Telmissenses habitant in Caria.*] Quasi dicas, serui cum seruis habitant, & pauperes cum pauperibus. Distant autem Telmissenses stadio vno ab Halicarnasso, vt ait Polemon. Telmissus verò vrbs in Lycia, à Telmisso Apollinis filio, & vna Antenoris filiarum, cum qua rem habuit in catulum mutatus. quam ob caussam illam etiam prodigiorum interpretem fecit, vt tradit Dionysius in originibus.

26. *Tenedius homo, aut Tenedia securis.*] Ferunt Cycnum Neptuni filium Hemiteæ & Teni patrem, illis alteram vxorem superinduxisse, quumque Tenes à Nouerca accusatus esset quod pudicitiam eius attentasset, Cycnum re credita iuuenem vnà cum Hemithea idem cum ipso periculum adire volente, arcæ inclusos in mare præcipitasse: arcam autem ad insulam, ante Leucophorum, postea Tenedum de eius nomine vocatam, fuisse appulsam, cuius ille regno positus, lege sanxit, vt falsò accusantibus à tergo adstaret carnifex sublata securi: vt simul atque conuicti essent, occiderentur. à quo metuendo spectaculo dictum esse, Tenedius homo. Parœmia autem de ijs, qui terribili sunt aspectu, vsurpata.

27. *Finem vitæ considera.*] Apophthegmate hoc Solon ad Crœsum vsus est.

28. *Tenedius aduocatus.*] Hoc est asper. Duas enim secures in sacris donarijs venerantur Tenedij. Vnde & parœmia, Tenedia securis. Aristoteles autem ait, Tenedium regem, cum securi ius

ri ius dicentem, qui iniustitiam commiserant, protinus sustulisse. Aut quod sit locus Asserina nomine in Tenedo, vbi fluuiolus in quo cancri sint, qui testas superiores habeant ad formam nauis distentas & securi similes: aut quod rex quidam lata lege adulteros capite puniret, idque in suo filio obseruasset. Vnde & in numismate ex vna parte securis, ex altera verò duæ facies ex vno collo prodeuntes. Alij ideo, quod postquam talia à nouerca passus fuisset, cum securi capitalia iudicia exerceret.

29. *Terebintho insipientior.*] De fatuis ac stupidis. Est autem terebinthus, quercus.

30. *Termeria mala.*] Hoc est, magna, τερμία enim vltima vitæ dies: nempe qua vitæ finem quis sit inuenturus.

31. *In nugis*, seu vt alij, *In argutijs viuis.*] Est enim funiculus quidam in nauibus exiguus, qui vocatur τέρθρον. Sunt qui dicant, superiora foramina quæ sunt in instrumento mali, vnde veli antenna dependet, sic vocari. Alij quod mos esset, postquam adolescentes regionem lustrassent, militare quidem si bellum incideret, non tamen vnà cum alijs, sed seorsim ea in parte, vbi periculum pugnæ abesset. Vnde etiam illud genus militiæ per partes vocitatum est. Significat autem & superuacuam actionem.

32. *Cicadam ala corripuisti.*] In eos, qui ora loquacium nequicquam obturant.

33. *Cicada Acanthia.*] De mutis atque indoctis: neque enim illic canunt cicadæ.

34. *Quarta luna natus es.*] De ijs, qui frustra laborant. Ferunt enim Herculem quarta luna natum, Eurystheo laboriose inseruijsse. Philochorus autem ait etiam de Mercurio dici posse. Herculi autem diem hunc assignatum, quod in eo ad Deos transierit.

δικάζων, τοὺς ἀδικοῦντας εὐθέως ἀνῄρει· ἢ ὅτι Ἀσερίνα τόπος ἐν Τενέδῳ· ἔνθα ποταμίσκος, ἐν ᾧ καρκῖνοι τὰ χελώνια διηρθρωμένα ἔχοντες ἐπὶ πλοῖον, καὶ πελέκει ἐμφερῆ· ἢ ὅτι βασιλεύς τις νόμον θεὶς τοὺς μοιχοὺς ἄμφω καρατομεῖν· καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ ἐτήρησε τοῦτο. καθὸ καὶ ἐν τῷ νομίσματι, ἐφ᾽ οὗ μὲν πέλεκυς ἐφ᾽ οὗ δὲ δύο πρόσωπα ἐξ ἑνὸς αὐχένος· οἱ δ᾽ ὅτι γενναῖα ἔπαθεν ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς, μετὰ πελέκεως τὰς φονικὰς ἔκρινε δίκας.

29. Τερεβίνθου ἀνοητότερος.] Ἐπὶ τῶν μωρῶν καὶ ἀναισθήτων· ἔστι δὲ τερέβινθος ἡ δρῦς.

30. Τερμέρια κακά.] Τὰ μεγάλα· τερμία γὰρ ἡ ἡμέρα, ἐφ᾽ ἧς μέλλει τὸ τέρμα τοῦ βίου εὑρήσειν.

31. Τερθρεία συζῇς.] Ἀντὶ τοῦ, φλυαρία· οἱ δέ φασι λεπτολογία· ἔστι γάρ τι σχοινίον ἐν τοῖς πλοίοις λεπτὸν, ὃ καλεῖται τέρθριον· φασὶ δέ τινες τὰ ἄνω τρημάτια τοῦ ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ ὀργάνου, ἀφ᾽ οὗ ἤρτηται τοῦ ἱστοῦ ἡ κεραία. οἱ δὲ ὅτι ἔθος ἦν τοὺς ἐφήβους μετὰ τὸ γενέσθαι περιπόλους τῆς χώρας, στρατεύεσθαι μὲν εἰ συμβαίη πόλεμος· μὴ μέντοι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ᾽ ἰδίᾳ ἐν μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις τῆς μάχης. διὸ τὴν στρατείαν καλεῖσθαι, τὴν ἐν τοῖς μέρεσι· σημαίνει δὲ καὶ τὴν ἀπάτην καὶ περιεργίαν.

32. Τέττιγα τοῦ πτεροῦ ξυνείληφας.] Ἐπὶ τῶν τὰ στόματα τῶν ἀθυρογλώσσων πυλούντων.

33. Τέττιξ ἀκάνθιος.] Ἐπὶ τῶν ἀφώνων καὶ ἀμούσων· οὐκ ᾄδουσι γὰρ οἱ ἐκεῖσε τέττιγες.

34. Τετράδι γέγονας.] Ἐπὶ τῶν ἄλλως πονούντων· καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα τετράδι γεννηθέντα Εὐρυσθεῖ ταλαιπωρῆσαι. Φιλόχορος δὲ αὐτὴν καὶ ἐπὶ Ἑρμοῦ δύνασθαι λέγεσθαι. διατεθεῖσθαι δὲ Ἡρακλεῖ τὴν ἡμέραν, ἐν ταύτῃ εἰς θεοὺς μεταστάντι.

35. Τεττά-

35. Τεττάρων ὀβολῶν ἄξιος.] Ὁμοία τῇ· Τεταρτημορίου ἄξιος· ἤτοι διχάλκου· ἐπὶ τῶν οὐ πολλῆς τιμῆς ἀξίων.

36. Τέττιγας ἐσθίεις.] Ἐπὶ τῶν διὰ λιχνείαν καὶ τὰ οὐδενὸς ἄξια ἐσθιόντων· ἐγὼ δὲ εἶδον καὶ τέττιγας εἴροντάς τινας καὶ πιπράσκοντας ἐπὶ δεῖπνον· τὸ γάρ τοι ζῶον τὸ παμβόρον τοῦτο· οὐδὲ ὑμῶν φείδεται. ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ταρίχους ἐργάζεσθαι τολμῶσι· καὶ ἐσθίειν ὑμῶν τῶν τεττίγων ἀφειδῶς ἔχουσιν· καὶ λελήθασιν ἑαυτοὺς ταῖς μούσαις τοῦ Διὸς θυγατράσι ταῦτα ἀπὸ θυμοῦ δρῶντες.

37. Τέττιγες τρόπον.] Ἐπὶ τῶν ποιούντων ἃ μὴ ὠφελοῦσιν αὐτοὺς, ἐώντων δὲ τὰ ὠφελοῦντα.

38. Τεττιγοφόρος εἶ.] Οἱ Ἀθηναῖοι τέττιγας ἐφόρουν χρυσοῦς· σύμβολον τοῦ γηγενεῖς εἶναι, ἢ μουσικούς.

39. Τεττίγων ἀνάμεστοι.] Μωροὺς τοὺς τέττιγας παρέλαβεν Ἀριστοφάνης. ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ, κατὰ τὴν ἀναπλοκὴν τῶν τριχῶν, χρυσῷ ἐχρῶντο τέττιγι. τεκμήριον ὅτι αὐτόχθονες οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς οἱ τέττιγες. ψυχροί τινες τὴν φύσιν οἱ τέττιγες· διὸ μετὰ θερινὰς τροπὰς, ἀπάρχονται τῆς ᾠδῆς· καὶ ἡλίου ἀπερχομένου τὸν ἑαυτῶν μεθιᾶσι κέλαδον· ὥστε μεσημβρίας εἰσὶν ᾠδικώτεροι· τέττιξ γοῦν θῆλυς, κατὰ πολὺ ψυχροτέρα τοῦ ἄρρενος, καὶ φύσις αὐτῇ τὴν σιωπὴν ἐγκελεύεται, ἐπίτασιν ἐντιθεῖσα ψυχρότητος· διὸ κωτίλος τέττιξ, οὐκ ἔστι θῆλυς· ἀλλ' οἷά τις Θεανὼ σιωπῶσα τὰ ἄρρητα. Πλουτάρχου.

40. Τευτάζειν βούλει τὸν ἄνθρωπον.] Ἀντὶ τοῦ σκευωρεῖσθαι. ὁ δὲ Πλάτων, ἀντὶ τοῦ πραγματεύεσθαι· οἱ δὲ, ἀντὶ τοῦ στρατεύεσθαι καὶ πολὺ διατρίβειν· Δίδυμος δὲ, ἀντὶ τοῦ φροντίζειν· Λυκόφρων, ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεφῶς τι πράττειν ἐκλαμβάνει· σημαίνει καὶ τὸ σπουδάζειν καὶ ἡσυχάζειν.

35. *Quatuor obolis dignus.*] Similis illi: *Quarta oboli parte dignus.* Nempe bino ære. In homines non magni precij.

36. *Cicadis vesceris.*] De ijs, qui propter gulam, etiam quæ nullius rei sunt esitant. Vidi enim qui cicadas connexas in prandium venderent: adeo homo animalium omnium voracissimum, neque vobis parcit bonæ cicadæ, sed vos sale condire audet, & gulosissimè deuorare. Fugitque ipsos, quod cum talia faciunt, Musarum Iouis filiarum in se iram prouocant.

37. *Cicadæ more.*] Athenienses cicadas aureas gestabant: symbolum nempe indigenas illos esse, aut musicæ deditos.

38. *Cicadas fers.*] Aureas apud Athenienses gestare solebant cicadas, in signum quod terrâ progeniti sint, vel etiam quod in musica scientia aliquid pollerent.

39. *Cicadis referti.*] Aristophanes cicadas pro fatuis accepit, quod veteres in capillorum cincinnis aurea cicada vtebantur, ad significandum indigenas se esse, vt sunt cicadæ. Cicadæ natura frigidæ sunt: quo fit, vt post solstitium æstiuum canere incipiant, & sole occidente cantionem suam intermittant, sub meridiem autem vocaliores sunt. Fœmina autem cicada masculâ longè frigidior, vnde natura ipsi silentium imperat, propter nimiam illi frigiditatem inditam. Plutarchus: Cicada fœmina loquax non est, sed tanquam Theano quæpiam quæ dicenda non sunt tacens.

40. *Decipere vis hominem.*] Pro eo quod est, insidiose in eum aliquid moliri. Plato autē posuit pro satagere. Alij pro militare, siue diu circa rem aliquam versari. Didymus verò, pro rem quampiam curare. Lycophron, pro celeriter aliquid facere capit. Significat etiam, rei cuipiam studere. Denique & quietem agere.

41. *Cineres euitans, in carbones incidi.*] De ijs vsurpatur, qui de meliori & lautiori ad tenuiorem & viliorem statum deducuntur.

42. *Telmesia vulpes & canis.*] De Telmesia vulpe Thebanarum rerum scriptores abundè memoriæ prodiderunt, sicut Chrestodemus; immissam videlicet illam bestiam à Dijs in Cadmeos, propterea quod Cadmi liberos regno exclusissent. Ferunt autem Cephalum Deinis filium Atheniensem, qui vxorem suam Procrin casu interemerat, canem possedisse, quem nulla ferarum effugere posset. Post cædem autem vxoris lustratum à Cadmæis, vulpem cum cane suo persecutum, quam cum propè Teumissum iam assequeretur, in lapidem & canem & vulpem fuisse conuersos.

N. Hist. a…
Met. 7, 672.

43. *Quarta & noua luna.*] De ijs, qui natura sunt desides.

44. *Semiramidis mœnia, & mœnia Iericunthia.*] De munitis & captu difficilibus, siue admirabilibus.

45. *Iracundiæ flos animi insania.*] Apophthegma Apollonij Macedonis.

46. *Acesæi lunam.*] De ijs, qui cunctantur & lentè quidpiam faciunt. Fuit autem Acesæus gubernator Nelei.

47. *Præsentem mulge, sequeris cur aufugientem?*]

48. *Manum admouet.*] De ijs, qui rerum optimarum participes sunt. Mos enim quibusdam fuit, quum alij sacrificarent, ipsi hostiam contingerent ac participarent. Hinc Æschines ait, nouisse tanquam illos qui vna sacrificia tangerent.

49. *Eiusdem figulinæ.*] De re simili, & proximè ad aliam accedente.

50. *Interdicto vnde vi conueniris.*] Qui iudicio obtinuissent vt aut locum aliquem caperent aut agrum, aut ali-

41. Τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακιὰν ἔπεσεν.] Ἐπὶ τῶν ἀπὸ ἡττόνων χείρονι περιπεσόντων κακοῖς.

42. Τελμησία ἀλώπηξ καὶ κύων.] Περὶ τῆς Τελμησίας ἀλώπεκος· οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες, ἱκανῶς ἱστορήκασι, καθάπερ Χρηστόδημος· ἐπιπεμφθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ θεῶν τὸ θηρίον τοῦτο τοῖς Καδμείοις· διότι τῆς βασιλείας ἐξέκλειον τοὺς ἀπὸ Κάδμου γεγονότας· Κέφαλον δέ φασι τὸν Δηΐνος, Ἀθηναῖον ὄντα, καὶ κύνα κεκτημένον, ὃν οὐδὲν διέφυγε τῶν θηρίων, ὃς ἀπέκτεινεν ἄκων τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Πρόκριν· καθηράντων αὐτὸν τῶν Καδμείων, διώκειν τὴν ἀλώπεκα μετὰ τοῦ κυνός· καταλαμβανομένους δὲ περὶ τὸ Τευμισσὸν, λίθους γενέσθαι, τόν τε κύνα καὶ τὴν ἀλώπεκα.

43. Τετρὰς καὶ νουμηνία.] Ἐπὶ τῶν φύσει ἀργῶν.

44. Τείχη Σεμιράμιδος, καὶ τείχη Ἱεριχούντια.] Ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶν καὶ δυσαλώτων ἢ θαυμαστῶν.

45. Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄνθος μανία.] Ἀπολλωνίου Μακεδόνος τὸ ἀπόφθεγμα.

46. Τὴν Ἀκεσαίου σελήνην.] Ἐπὶ τῶν διαμελλόντων, καὶ βραδυνόντων· ἦν δὲ Νηλέως κυβερνήτης ὁ Ἀκεσαῖος.

47. Τὴν παροῦσαν ἄμελγε· τί τὸν φεύγοντα διώκεις;]

48. Τὴν χεῖρ᾽ ἐπιβάλλει.] Ἐπὶ τῶν μετεχόντων ἀρίστων καὶ καλῶν· ἔθος γὰρ εἶχόν τινες, ἄλλων θυόντων συνεφάπτεσθαι τῆς θυσίας καὶ κοινωνεῖν· καὶ Αἰσχίνης δὲ ἔφη, Γινώσκειν ὥσπερ τοὺς ἐφαπτομένους τῶν ἱερῶν.

49. Τῆς αὐτῆς κεραμείας.] Ἐπὶ τοῦ ὁμοίου καὶ παραπλησίου.

50. Τὴν ἐξούλης δίκην φεύγεις.] Οἱ δίκῃ νικήσαντες, ὥστε ἀπολαβεῖν τι χωρίον, ἢ ἀγρὸν, ἤ τι τοιοῦτον, καὶ μὴ ἐώμενοι,

αἰτεῖ-

ἀνέτρεχον εἰς δικαστήριον αὖθις, καὶ εἰσῆγον δίκην· ἥτις ἐκαλεῖτο ἐξούλης. ἐξέλλειν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ ἀπολαύνειν καὶ κωλύειν ἔλεγον. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐξεῖναι τοῖς ἐλοῦσι κρατεῖν τῶν κεκτημένων·

51. Τὴν θύραν ἔχει πετριμμένην ὥσπερ αἱ ποίμναι.] Ἐπὶ τοῦ ἀπανθρώπου καὶ ἀπροσπελάστου.

52. Τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον.] Ὁμοία τῇ· Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. λέγουσι περὶ Σκύλλης, ὡς ἦν ἐν Τυῤῥηνίᾳ, θηρίον τι, γυνὴ μὲν μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ, κυνῶν δὲ ἐντεῦθεν αὐτῇ προσπεφύκασι κεφαλαί· τὸ δ' ἄλλο σῶμα ὄφεως· τοιαύτην δὲ φύσιν ἐννοεῖν, πολὺ εὔηθες· ἡ δὲ ἀλήθεια, αὕτη· Τυῤῥηνίων νῆσοι ἦσαν, αἳ ἐλῄζοντο τὰ περίχωρα τῆς Σικελίας, καὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον· ἦν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα τότε, ὄνομα Σκύλλα· αὕτη ἡ τριήρης τὰ λοιπὰ τῶν πλοίων συλλαμβάνουσα, πολλάκις εἰργάζετο βρῶμα, καὶ λόγος ἦν περὶ αὐτῆς πολύς· ταύτην τὴν ναῦν Ὀδυσσεὺς, σφοδρῷ καὶ λαύρῳ πνεύματι χρησάμενος, διέφυγε· διηγήσατο δὲ ἐν Κερκύρᾳ τῷ Ἀλκινόῳ, πῶς ἐδιώχθη, καὶ πῶς ἐξέφυγε, καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ πλοίου· ἀφ' ὧν προσανεπλάσθη ὁ μῦθος.

53. Τὴν αὑτοῦ σκιὰν δέδοικεν.] Ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλῶν.

54. Τὴν ἀμίδα σανδάλῳ ἐπιφράττεις.] Ἐπὶ τῶν μικροῖς μεγάλα ἐπιχειρούντων.

55. Τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσιν.] Ἐπὶ τῶν ὠμῶς καὶ περιφανῶς ἀποκρινομένων. τοιοῦτος γὰρ ἦν ὁ Ἀνάχαρσις, Σκύθης ὤν.

56. Τὴν ἀρχὴν οὐ δυνήσῃ τῷ τέλει συνάψαι.] Ὁ μὲν Ἀλκμαῖος τοῦτ' ἔφη, τὸ τοὺς ἀνθρώπους ἀπόλλυσθαι, μὴ δυναμένους τὴν ἀρχὴν τῆς ζωῆς τῷ τέ-

quid eiusmodi, neque id facere permittebantur, ad iudicium recurrebant & causam suam proponebant, quæ vocabatur ἐξούλης; expulsionis siue vnde vi. Veteres enim expellere, siue prohibere, ἐξέλλειν vocarunt. Alij verò dicunt dictum esse, quod liceret ita prohibentibus rerum possessionem apprehendere.

51. *Ostium attritum habet vt ouilia.*] In hominem inhumanum & accessu difficilem.

52. *Effugiens Charybdim, incidi in Scyllam.*] Similis huic: *Effugi malum, repperi melius.* De Scylla aiunt, in Tyrrhenia fuisse belluam, vmbilico quidem tenus fœminam, deinceps canum ipsi capita fuisse agnata; reliquum verò corpus habuisse serpentis. Talem autem naturam cogitare absurdum est; veritas autem talis. Fuerunt insulæ quædam Tyrrhenorum, quæ deprædabantur confinia Siciliæ, & sinum Ionium, quæ habebant triremem velocem, cui nomen Scylla: ea cum reliquas naues interciperet, victum frequenter ex ijs sibi comparabat, vnde multa de ipsa fama. Quam tamen nauem, Vlysses, vento vehementi & copioso vsus, effugit, & Corcyræ Alcinoo, quomodo insecuta illum fuisset, & quomodo ipsam euitasset, ipsam denique nauigij formam enarrauit. Ex quibus conficta est fabula.

53. *Vmbram suam metuit.*] De valdè timidis.

54. *Matulam sandalio obstruis.*] De ijs, qui rebus paruis res magnas aggrediuntur.

55. *Scytharum responsum.*] De ijs, qui crudeliter & clarè respondent: talis enim fuit Anacharsis Scytha.

56. *Principium non poteris cum fine connectere.*] Alcmæon hoc verbi vsurpauit, quod homines prius pereant quam principium vitæ cum fine coniungere possint. Circulus enim est.

Ego autem de ijs dici puto, qui opera imperfecta & fine carentia faciunt.

57. *Toto die cribrat, qui fermentare non vult.*]

58. *Leoninam pellem indue.*] Perinde est ac si dicas, esto strenuus.

59. *Salsuginem misces, antequam pisces ceperis.*] De ijs, qui longè ante quam oportet rei quippiam parant.

60. *A matre tanquam hædus appellatur.*] Hædi enim in caprilibus à matribus cognoscuntur. nam à patribus nequaquam possunt.

61. *Turbinem tibi parem impelle.*] Pro eo quod est, cum mulieribus æqualibus consuesce. Quidam à duabus mulieribus adactus, quarum altera diues erat & ipso potentior, altera verò genere nobilis, dubitans vtrius maritus vocari vellet, ex Pittaco quæsiuit, vtra nam vxore vteretur, illo autem respondente, ad pueros propinquorum nostrorum ito, qui turbines impellunt, ab illisque disces, qualis tibi vxor ducenda sit, ille abiens pueros inter se dicentes audivit, parem tibi impelle, quo sermone percepto, opulentiorem dimisit, pauperioris autem quæque genere præstabat coniugio vsus est. Dicitur autem in eos, qui maiora eligunt quàm facultates suæ permittunt.

62. *Orphei citharam in sermone redoles.*] Orpheus musicus fuit, Thrax genere, qui ita suauiter cecinisse fertur, vt quercus cantum eius sequerentur, & animalia rationis expertia, atque adeo lapides ac flumina. Hoc autem falsum est, & fabula. Videtur autem mihi tale quid subesse. Bacchæ furentes oues discerpebant in Pieria, aliaque multa violentè

λει προσάψαι. κύκλος γὰρ αὖ ἦν· ἐγὼ δ' ἐπὶ τῶν ἡμιτελῆ ἢ ἀτελῆ ἔργα ποιούντων.

57. Τὴν ἡμέραν πᾶσαν σήθει, ὃς οὐ βούλεται ζυμῶσαι.]

58. Τὴν λεοντὴν ἐνδύου.] Ἴσον τὸ, γενναιάζου.

59. Τὴν ἅλμην κυκᾷς, πρὶν τοὺς ἰχθύας ἑλεῖν.] Ἐπὶ τῶν πρὸ πολλοῦ παρασκευαζομένων.

60. Τῆς μητρὸς ὡς αἶξ καλεῖται.] οἱ γὰρ ἔριφοι ἐν τοῖς αἰπολίοις ἀπὸ τῶν μητέρων γνωρίζονται· ἀπὸ πατέρων γὰρ ἀδύνατον.

61. Τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλαυνε.] Ἀντὶ τοῦ ἴσαις ὁμίλει. τὶς γὰρ Πιττακὸν ἤρετο βιαζόμενος ὑπὸ δυὸ γυναικῶν, τῆς μιᾶς οὔσης πλουσίας καὶ ὑπὲρ αὐτὸν, τῆς δὲ γένους ἀξίας, καὶ ἀπορῶν ποίας κληθείη ἀνὴρ, ἤρετο ποίᾳ γυναικὶ χρήσαιτο, τοῦδε εἰπόντος, μετὰ πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς πλησίον ἡμῶν τοὺς βέμβικας παίζοντας (ὅ ἐστιν οἱ στρόμβοι) καὶ παρ' αὐτῶν μαθήσῃ, ποίᾳ ἂν χρήσαιο γυναικί· ἀπελθὼν ἐκεῖνος, ἠκροάζατο τῶν παίδων λεγόντων πρὸς ἀλλήλους, τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλαυνε· καὶ αἰσθόμενος τοῦ λόγου, τὴν μὲν πλουσιωτέραν ἀφῆκε, τῇ δὲ πενεστέρᾳ ἐχρήσατο γυναικὶ, τῇ καὶ τοῦ γένους ἀξίᾳ. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν μείζονα ἢ κατὰ αὐτῶν δύναμιν αἱρουμένων.

62. Τῆς Ὀρφέως ἀπόζεις κιθάρας ἐν τῷ λέγειν.] Ὁ Ὀρφεὺς γέγονε μουσικὸς, Θρᾶξ τὸ γένος, ὃς λέγεται, ὅτι οὕτως προσηνῶς ᾖδεν, ὥστε ἐπακολουθεῖν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ τὰς δρῦς, καὶ τῶν ζώων τὰ ἄλογα, καὶ τοὺς λίθους, καὶ τοὺς ποταμούς· τοῦτο δὲ ψευδὲς καὶ μῦθος· δοκεῖ δέ μοι ταῦτα εἶναι. Βάκχαι μανεῖσαι, πρόβατα διέσπασαν ἐν τῇ Πιερίᾳ· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα βιαίως ἐργά-

ἐργάζοντο. τρεπόμεναι δὲ εἰς τὸ ὄρος, διέτριβον ἐκεῖ τὰς ἡμέρας· ὡς δὲ ἐμέναν οἱ πολῖται, δεδιότες περὶ τῶν γυναικῶν καὶ θυγατέρων, μεταπεμψάμενοι τὸν Ὀρφέα, ἐδέοντο μηχανᾶσθαι, ὃν τρόπον καταγάγοι αὐτὰς ἐκ τοῦ ὄρους· ὁ δὲ συνταξάμενος τῷ Διονύσῳ ὄργια, κατάγει αὐτὰς βακχευούσας κιθαρίζων· αἱ δὲ, νάρθηκας τότε πρῶτον ἔχουσαι, κατέβαινον ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ κλῶνας δένδρων παντοδαπῶν· τοῖς δ᾽ ἀνθρώποις θαυμαστὰ τότε θεασαμένοις, ἐνεφαίνετο πρῶτον τὰ ξύλα καταγόμενα, καὶ ἔφασαν, Ὀρφεὺς κιθαρίζων ἄγει τὴν ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους· καὶ ἐκ τούτου ὁ μῦθος ἀνεπλάσθη.

63. Τιθωνοῦ γῆρας.] Ἐπὶ τῶν πολυχρονίων καὶ ὑπεργήρων τάσσεται· ἱστορεῖται γὰρ, ὅτι Τιθωνὸς ἐπιθυμίᾳ τοῦ τὸ γῆρας ἐκδύσασθαι, εἰς τέττιγα μετέβαλλε.

64. Τιτᾶνας καλεῖν.] Ἐπὶ τῶν κεκραγότων τινὰς εἰς βοήθειαν.

65. Τί μ᾽ ὠφελήσουσ᾽ οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα;] Ἐπὶ τῶν μανθανόντων τι, οὐκ αὐτοῖς χρειῶδες.

66. Τίς ἐν Κύδωνος;] Ἐπὶ τῶν φιλοφρόνως δεχομένων τοὺς ξένους, ἀπὸ Κύδωνος Κορινθίου, φιλοξένως διατεθέντος.

67. Τί πρὸς τὸν Ἑρμῆν;] Ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸν λόγον.

68. Τίς πατέρ᾽ αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα;] Ἴσως ἐπὶ τῶν προγονικὰ ἀνδραγαθήματα ἀπορίᾳ ἰδίων προφερόντων.

69. Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία;]

70. Τιμὴ γεράνης.] Ἐπὶ τῶν παρ᾽ ἀξίαν τιμωμένων. παρὰ τῷ τῶν Πυγμαίων ἔθνει, ἐκλιπόντος ποτὲ τοῦ γένους τῶν ἀρρένων βασιλέων, ἐκράτησέ τις βασιλὶς

perpetrabant, & in montes se recipientes, dies aliquot ibidem sunt commoratæ. quas cum ciues diutius expectarent, malè vxoribus & filiabus metuentes, accersitum Orphea rogauerunt, vt modum excogitaret, quo illas ex monte deduceret. Ille autem, orgijs Baccho constitutis, illas cithara pulsata bacchantes deducit, quæ tunc primum ferulas & ramos omnis generis arborum habentes, de monte descenderunt. Viris autem admiranda illa tunc videntibus, primum ligna deduci videbantur. Hinc Orphea citharæ cantu syluam ex monte deducere dixerunt. Atque inde fabula fuit conficta.

63. *Tithoni senectus.*] De supra modum longæuis ponitur. Memoriæ enim proditur, Tithonum senectutis exuendæ cupidine in cicadam fuisse conuersum.

64. *Titanes aduocare.*] De ijs, qui aliquos in auxilium vocant.

65. *Quid mihi rhythmi ad farinas profuerint?*] In eos, qui aliquid sibi minimè vtile discunt.

66. *Quis in Cydonis ædibus?*] De ijs, qui amicè hospites excipiunt. A Cydone Corinthio viro hospitali.

67. *Quid ad Mercurium?*] Hoc est, quid ad rem?

68. *Quis patrem laudet, nisi proles sortis iniquæ?*] Fortassis de ijs, qui maiorum strenuè facta propter inopiam propriorum venditant.

69. *Quid namque cæco cum speculo est commercij?*]

70. *Honos Geranes.*] In eos, qui præter meritum honorantur. Cum Pygmæorum genti rex masculus defecisset, regina quædam nomine

Gerana,

Gerana, apud eos rerum potita est, quam etiam diuinis honoribus, vltra quam hominem par erat, affecerunt. Vnde illa animo inflata, Iunonem, Venerem, Mineruam, ne tantillum quidem cum forma sua esse conferendas dictitabat. Eamque ob causam propter iram Iunonis in auem, adspectu turpem, protinus est transmutata. Atque etiam nunc grus cum Pygmæis bellum gerit, quod illam nimio hoc honore delato, ad insaniam perniciemque redegerint.

71. *Quis pilos pro lana totondit?*] Theocritus. in stolidos.

72. *Titanicè intuetur.*] Hoc est, horribiliter ac terrificè.

73. *Parit securitas ferociam, quando malo viro adfuerit.*] De ijs, qui rebus secundis efferuntur.

74. *Quis aberret à ianua?*] De rebus facilibus.

75. *Quis ibi?*] Rem diuinam facientes ita loquebantur, perinde ac si dicerent, Quis adest? præsentes autem benè ominantes respondebant, Multi ac boni. Hoc autem sacrificantes eo faciebant, vt si qui alicuius rei flagitiosæ sibi conscij essent, ex sacrificijs discederent.

76. *Quid opus Sapragora? dos.*] In eos, qui seipsis minimè digna quærunt.

77. *Titanidem accolis.*] De ijs, qui Deos amant. Titanidem porrò alij terram vniuersam, alij Atticam intelligunt; à Titenio quodam vno ex senioribus Titanibus, qui apud Marathonem habitabat, qui solus aduersus Deos non belligerauit, vt ait Philochorus in Tetrapoli, & Ister libro primo Rerum Atticarum.

78. *Appone iuxta aureum etiam figulinum poculum.*] Quod oporteat eum, qui feliciter agit, meminisse eorum quæ in paupertate ei acciderunt. Nam Agathocles, figuli filius, Siciliæ iam dominus

Γεράνη ὄνομα, ἥνπερ οὖν καὶ ἐκθειοῦντες οἱ Πυγμαῖοι, σεμνοτέραις ἢ κατ' ἄνθρωπον ἐτίμων τιμαῖς· ἐκ τούτων οὖν ἐκείνη τὴν διάνοιαν ἐξηνεμώθη, καὶ Ἥραν καὶ Ἀφροδίτην καὶ Ἀθηνᾶν, οὐδὲ ἴκταρ ἔλεγε βάλλειν πρὸς τὸ αὐτῆς κάλλος· οὐκοῦν κατὰ χόλον Ἥρας, εἰς ὄρνιν αἰσχίστην, τὸ εἶδος τὸ ἐξ ἀρχῆς ἤμειψε· καὶ ἔτι νῦν ἡ γέρανος πολεμεῖ τοῖς Πυγμαίοις· ὅτι αὐτὴν ἐξέμηναν τῇ πείρᾳ τιμῆς καὶ ἀπώλεσαν.

71. Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο;] Θεόκριτος. ἐπὶ τῶν ἀνοήτων.

72. Τιτανῶδες βλέπει.] Καταπληκτικὸν, φοβερόν.

73. Τίκτει κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ἀνδρὶ παρείη.] Ἐπὶ τῶν ἐν εὐτυχίαις ἐπαιρομένων.

74. Τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι;] Ἐπὶ τῶν ῥαδίων.

75. Τίς τῇδε;] Οἱ σπένδοντες ἔλεγον, Τίς τῇδε; ἀντὶ τοῦ, τίς πάρεστιν; οἱ δὲ παρόντες, ἐπευφημούμενοι ἔλεγον, Πολλοὶ κἀγαθοί. τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ σπένδοντες, ἵνα συνειδότες ἑαυτοῖς τι ἄτοπον, ἐγχωροῖεν τῶν σπονδῶν.

76. Τίς ἀνάγκη Σαπραγόρα; προΐξ.] Ἐπὶ τῶν τὰ μὴ πρέποντα αὐτοῖς ζητούντων.

77. Τιτανίδα παροικεῖς.] Ἐπὶ τῶν φιλοθέων· Οἱ μὲν τὴν πᾶσαν γῆν, οἱ δὲ τὴν Ἀττικήν φασιν, ἀπὸ Τιτηνίου, τοῦ Τιτάνων ἀρχαιοτέρου, οἰκήσαντος περὶ Μαραθῶνα· ὃς μόνος οὐκ ἐστράτευσεν ἐπὶ τοὺς θεοὺς, ὡς Φιλόχορος ἐν Τετραπόλει, καὶ Ἴστρος ἐν πρώτῃ Ἀττικῶν.

78. Τίθει παρὰ χρυσοῦν κεραμεοῦν ποτήριον.] Ὅτι τὸν εὐτυχήσαντα δεῖ μεμνῆσθαι τοῦ ὅτε ἦν ἐν πενίᾳ· καὶ γὰρ Ἀγαθοκλῆς, υἱὸς κεραμέως, γενόμενος δὲ κύριος Σικελίας, καὶ βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς,

θεὶς, εἰώθει κεραμεᾶ ποτήρια τιθέναι παρὰ τὰ χρυσᾶ. καὶ τοῖς νέοις ἐπιδεικνύμενος λέγειν, ὅτι τοιαῦτα ποιῶν πρότερον, νῦν ταῦτα ποιεῖ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἀνδρίαν.

79. Τί τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ τοῦ πύργου κρίνετε;] Ἐπὶ τῶν μὴ δοκιμαζόντων τὰ πράγματα ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι βούλονται.

80. Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ;] Οἱ γὰρ ἐν Θήβαις ἑαυτοὺς διαχειρισάμενοι, πολλῆς τιμῆς ἠξιοῦντο.

81. Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ;] Ἐπὶ τῶν ἀσυνήθεις καταλαμβανόντων τόπους.

82. Τί μικρῶν πέρι, μεγάλα προοιμιάζῃ;] Ἐπὶ τῶν μακρολογούντων.

83. Τί μὴ διώκεις τὴν εὐθεῖαν, ἀλλὰ πλανᾷ;] Ἐπὶ τῶν μὴ κατευθὺ βαδιζόντων.

84. Τίς χρεία πυθομένου κρομμύου;] Ἐπὶ τῶν ἀχρήστων.

85. Τί δ' ἄλλο φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ;]

86. Τίς οὐ γενήσῃ, τυγχάνων εἰς Ἀρβέλας;] Ἀρβέλαι πόλις Σικελική. Εὐεξαπάτητοι δὲ οἱ ἐνοικοῦντες ἐκεῖσε ἐδόκουν εἶναι.

87. Τιτυοῦ σε περιμένει καὶ Ἰξίονος κολαστήρια.] Ὁ Τιτυὸς, ἠράσθη τῆς Λητοῦς, καὶ ἐρασθεὶς ἐκράτησεν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ κρηδέμνου· εἶτα Ἄρτεμις καὶ Ἀπόλλων παῖδες ὄντες τῆς Λητοῦς, κατετόξευσαν αὐτὸν καὶ ἀνεῖλον· καὶ νῦν φασιν τῷ ᾅδῃ ἔχειν τὰ βέλη ἐμπεπαρμένα, καὶ κολάζεται ἐκ τούτου. Ὁ δὲ Ἰξίων ἠράσθη τῆς Ἥρας, ἡ Ἥρα προσαγγέλλει τῷ Διΐ· ὁ δὲ Ζεὺς βουληθεὶς γνῶναι, εἰ ὄντως ἐρᾷ αὐτῆς, ἐξομοιοῖ Νεφέλην τῇ Ἥρᾳ, καὶ ἔστησεν. Ὁ δὲ Ἰξίων νομίσας αὐτὴν εἶναι τὴν Ἥραν, συμμίγνυται αὐτῇ τῇ Νεφέλῃ·

factus, & rex renunciatus, solebat figulina pocula iuxta aurea collocare, juuenibusque illa ostendens dicere: Quod qui prius figulina fecisset, nunc aurea faceret, idque se industria sua & fortitudine consequutum.

79. *Quid ex Achiuis iudicatis manibus?*] In eos, qui non accuratè res examinant, sed pro libitu tantum.

80. *Quare te non suspendisti, vt Thebis heros fias?*] Thebis enim qui sibiipsis mortem intulerant, multo honore afficiebantur.

81. *Quid cani commune cum balneo?*] In eos, qui loca insueta occupant.

82. *Quid in re parua longa exordia facis?*] In loquaces.

83. *Sectare quid ni rectum, oberras sed via?*] In eos, qui non rectè procedunt.

84. *Quæ vtilitas putridi cepis?*] De rebus inutilibus.

85. *Quid præter isthæc vox & vmbra vix senex?*]

86. *Quis non futurus es, modò Arbelis agas?*] Arbelæ vrbs Siciliæ. Faciles autem ad decipiendum incolæ eiusdem esse putabantur.

87. *Titij te & Ixionis supplicia manent.*] Tityus Latonam adamauit, & eiusdem amore potitus est, cum ex mœnibus illam rapuisset: postea Diana & Apollo, Latonæ filij, illum sagittis impetitum occiderunt. Quem etiam nunc apud inferos sagittas illas transfixas habere aiunt, atque inde cruciari. Ixion autem Iunonis amore captus fuit, quod Iuno dū Ioui indicat, ille scire volens num reuera illam adamaret, nubem Iunoni adsimilat, illique anteponit. Iunonem igitur esse ratus, cum nube congreditur;

 Iupiter

Iupiter verò iratus ita illum punit: in rota enim extendens illum perpetuo circũferendum affixit, sicque illâ continuo circumdatus & circumactus, supplicium luit.

88. *Xenocratis caseolus.*] De ijs, quæ multum durant nec citò consumuntur. Xenocrates enim si quando vini seriam resignaret, in aquorem illud prius vertebatur, quàm ab ipso consumeretur. Obsonia quoque sua rancida facta sæpius ejiciebat. vnde etiam orta parœmia.

89. *Meliaca nauis.*] De ijs nauigijs quæ valdè perfluunt. Refert Aristoteles, Hippotem in Coloniam missum, ijs qui secum nauigare nolebant, imprecatum fuisse ne vnquam ipsis nauigia bene obturata contingerent, & vt semper in mulierum essent potestate.

90. *Egregium fabulatorem.*] Rebus parem orationem habendam esse. Lacedæmonij Cephisophonta sese iactantem de re qualibet per totum diem posse differere, eiecerunt: apophthegma vsurpantes.

91. *Bouem volentem age.*] Hoc est, mulierem amantem redama.

92. *Patris filiolus est.*] De ijs, qui parentes rebus quibusque opportunis imitantur.

93. *Nemo futurum effugerit.*] Veram esse parœmiam tũ ex alijs tũ hinc clarũ est. Euechoro Babylonijs imperante, Chaldæi prædicunt, illum qui ex filia eius nasceretur, regnum auo ablaturum: quod quum ille horreret (vt aliquid iocosè dicam) Acrisius erga filiam suam redditus est, illamque in arctissima custodia adseruauit: filia interim (vincebat enim Babylonij regis astutiam fatalis necessitas) ex quodam viro obscuro, clá concepto

καὶ ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς, κολάζει αὐτὸν οὕτως· τροχῷ διατείνας αὐτὸν, ἐποίησεν ἀεὶ φέρεσθαι τὸν τροχὸν, καὶ ἔστιν ἀεὶ οὕτως ἀνακυκλούμενος καὶ καταφερόμενος ταύτην τὴν τιμωρίαν.

88. Τὸ Ξενοκράτους τυρίον.] Ἐπὶ τῶν ἐπὶ πολὺ διαμενόντων καὶ μὴ ταχέως ἀναλισκομένων· ὁ γὰρ Ξενοκράτης εἴποτε στάμνον οἴνου ἀνοίξειεν, ἔφθανεν ὁ οἶνος τρεπόμενος πρὶν ἀναλωθῆναι· καὶ τὰ ὄψα πολλάκις ἕωλα ἐξέρριπτεν· ἔνθεν καὶ ἡ παροιμία.

89. Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν εἰσρεόντων. Φησὶν Ἀριστοτέλης Ἱππότην εἰς ἀποικίαν στελλόμενον, τοῖς μὴ βουληθεῖσιν αὐτῷ συμπλεῖν, καταράσασθαι, μήτε πλοῖα στεγανὰ αὐτοῖς γενέσθαι ποτὲ, καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν κρατεῖσθαι ἀεί.

90. Τὸν ἀγαθὸν μυθητάν.] Δεῖν τοῖς πράγμασιν ἴσον τὸν λόγον ἔχειν. Λακεδαιμόνιοι Κηφισοφῶντα εἰπόντα περὶ τοῦ τυχόντος δύνασθαι ὅλην τὴν ἡμέραν λέγειν· ἐξέβαλον, φάμενοι τοῦτ' ἀπόφθεγμα.

91. Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε.] Ἤγουν τὴν ἀγαπῶσαν φίλει.

92. Τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον.] Ἐπὶ τῶν πατρῳζόντων εἴς τινας ἐπιτηδειότητας.

93. Τὸ μέλλον οὐδεὶς ἐκφύγοι.] Ὅτι ἀληθὲς, ἔκ τε ἄλλων, κἀντεῦθεν δῆλον· Βαβυλωνίων βασιλεύοντος Εὐηχόρου, Χαλδαῖοι λέγουσι, τὸν γινόμενον ἐκ τῆς ἐκείνου θυγατέρος, τὴν βασίλειαν ἀφαιρήσεσθαι τὸν πάππον· τοῦτο ἐκεῖνος πέφρικε, καὶ ἵνα τι ὑποπαίξας εἴπω, Ἀκρίσιος γίνεται εἰς τὴν παῖδα· ἐφρούρει γὰρ πικρότατα· λάθρα δὲ ἡ παῖς· ἦν γὰρ τοῦ Βαβυλωνίου σοφώτερον τὸ χρεών· τίκτει ὑποπλησθεῖσα ἔκ τινος

νος ἀνδρὸς ἀφανοῦς· τοῦτο οἱ φυλάσσοντες δέει τοῦ βασιλέως ἔρριψαν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως· ἀετὸς δὲ ἐπὶ τοῦ παιδὸς καταφορὰν ὀξύτατα ἰδὼν, πρὶν ἢ τῇ γῇ προσαραχθῆναι τὸ βρέφος, ὑπελθὼν αὐτῷ κατὰ νῶτα ὑπέλαβε, καὶ κομίζει εἰς κῆπόν τινα· ὁ τοίνυν τοῦ κήπου μελεδωνὸς, καλὸν παιδίον θεασάμενος, ἐρᾷ αὐτοῦ καὶ τρέφει, καὶ καλεῖται Γίγαλμος, καὶ βασιλεύει Βαβυλωνίων.

94. Τοῖς σίτου ἀποροῦσιν οἱ ὄροβοι.] Δήλη.

95. Τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψε μὲν Ἱστιαῖος, ὑπεδήσατο δὲ Ἀρισταγόρας.] Ἐπὶ τῶν σκευωρούντων καὶ συρραπτόντων μηχανὰς κλεπτιστάτας. Ἱστιαῖος, Σάμιος μὲν ἦν τὸ γένος, φίλος δὲ γενόμενος Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως, εἰλήφθη ὑπ' αὐτοῦ ἐν Περσίδι· ἐκεῖ δὲ διαιτώμενος, ἐπεθύμει ἰδεῖν τὴν οἰκείαν πατρίδα· μὴ ἀπολυόμενος, γράφει τῷ ἰδίῳ ἀνεψιῷ τῷ Ἀρισταγόρᾳ, μελετῆσαι ἀπόστασιν· καὶ πείθει καί τινας τῶν Ἰώνων ἀποστῆναι· πράττει δὲ οὕτως· λαβὼν πιστὸν οἰκέτην, καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν ξυρήσας, ἐγχαράττει τῇ κεφαλῇ οἷον ἐβούλετο δηλῶσαι· εἶτα μέλανι ἐγκαυστῷ τὴν χάραξιν μελαίνει· καὶ ἀφῆκεν ἀνενεγκεῖν τὰς τρίχας· καὶ μετὰ τὸ κομάσαι αὐτὸν, ἀποπέμπει λέγων τῷ οἰκέτῃ, πάλιν ἐκεῖσε ἀποξυρηθῆναι, ἵνα ἀναγνῷ Ἀρισταγόρας τὰ γράμματα. ἀναγνοὺς τοίνυν ὁ Ἀρισταγόρας καὶ μαθὼν, ἐποίησε τὴν ἀπόστασιν σχεδὸν πάντων τῶν Ἰώνων· εἶτα μανθάνει ἐν Περσίδι ὁ βασιλεὺς, καὶ σύμβουλος γίνεται τῷ Ἱστιαίῳ ὡς Ἕλληνι, τί δεῖ ποιῆσαι· καὶ συμβουλεύεται παρ' αὐτοῦ Ἱστιαίου, αὐτὸν πέμψαι εἰς τὴν Ἀσίαν, ὡς ἱκανὸν ὄντα διαλῦσαι τὰ περὶ τῆς ἀποστάσεως.

fœtu parit. Quod natum fuit ob metum regis, custodes ex arce vrbis eiecerunt; aquila autem infantis deiectionem acutissimè cernens, priusquam terræ allideretur, subiens tergo suscipit & in hortum quendam portauit: ille autem qui horti curam habebat tam pulchro conspecto puerulo, illum amat alitque, Gigalmi nomine imposito, ac Babylonijs imperat.

94. *Frumento indigentibus erui.*] Clara parœmia.

65. *Hoc calceamentum consuit quidem Histiæus, induit autem Anaxagòras.*] In eos, qui occultissimas sutelas instruunt atque architectantur. Histiæus Samius genere fuit, amicus autem Darij regis Persarum effectus, ab eo in Perside relictus est, vbi agens patriæ ipsum videndæ desiderium subijt. Quum autem non dimitteretur, nepoti suo Aristagoræ scribit vt rationem defectionis iniret, persuadetque vt etiam Iones quidam deficerent: hoc modo rem agens fidum famulum capit, & capiti eius prius deraso incidit quæ indicare volebat, deinde caustico atramento, quæ inciderat denigrat, & capillos rursum prouenire sinit. quos cum ille recuperasset, eum ablegat, eidem præcipiens vt illic rursus tonderetur, quo Aristagoras litteras legeret: quibus ille lectis cognitisque, defectionem excitauit ferè omnium Ionum: quam rem vbi rex in Perside comperit, cum Histiæo tanquam Græco consilium init, quid facto opus sit; ille vt se in Asiam mittat persuadet, vt qui defectionem illam posset dissoluere.

Veniens igitur Histiæus in Asiam, & de re tota suspectus redditus, illa ab Artapherno Sardium præfecto audiuit. Calceum autem vocat totum rei apparatum.

96. *Viris beatis sunt trimestres liberi.*] De opulentis. Tales enim laborare nolunt; sed in lusibus & delectationibus versari.

97. *Domesticum thesaurum calumnians.*] De ijs, qui res ipsi suas traducunt.

98. *Carnem vili emptam canes edunt.*] In eos, qui ob vitandos maiores sumptus, res vænum expositas deteriores emunt.

99. *Perdicis crus.*] In eos, qui quum ad consilij inopiā redacti sint, tamen eius sibi copiam adesse fingunt.

100. *Tunc olores cantabunt, quando graculi tacebunt.*]

ἐλθὼν οὖν ὁ Ἱστιαῖος εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ ὡς ὕποπτος γινόμενος ὅλου τοῦ πράγματος, παρὰ τοῦ Ἀρταφέρνου τοῦ ὑπάρχου Σάρδεων, ἤκουσε ταῦτα· ὑπόδημα δὲ λέγει τὴν ὅλην κατασκευὴν τοῦ πράγματος.

96. Τοῖς εὐτυχοῦσι τρίμηνα ἐστὶ παιδία.] Ἐπὶ τῶν εὐπορούντων· οἱ γὰρ εὔποροι κοπιᾶν οὐ βούλονται, ἀλλ' ἐν παιδιαῖς καὶ τέρψεσι διάγειν.

97. Τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβάλλεις.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἴδια διαβαλλόντων.

98. Τὸ εὔωνον κρέας οἱ κύνες ἐσθίουσιν.] Ἐπὶ τῶν διὰ φειδὼ πλείονος δαπάνης φαῦλα ὤνια ἐωνημένων.

99. Τὸ πέρδικος σκέλος.] Ἐπὶ τῶν κατὰ ἀπορίαν λόγου ὑποκρινομένων προσθήκην.]

100. Τότ' ᾄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν.]

CENTVRIA XIX. ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ ΙΘʹ.

1. *Curuum lignum nunquam rectum.*] Vulgaris parœmia & clara. Vsurpatur de ijs, qui incurua ligna, siue alia quæpiā, conantur recta reddere; nihil tamen proficiunt.

2. *Tale quid Themistocles nunquam excogitauit.*] Quod Piræum ille mœnibus cinxit; aut quod sapientiæ laudem ferret. Dicitur in illos, qui ob res paruas benè gestas, vehementer se extollunt.

3. *Quod pulchrum est gratum esse.*] In eos, qui quod cōducit, solum sectantur.

4. *Ignem ventus, amorem autem consuetudo incendit.*] Socratij

5. *Parni scaphula.*] De ijs, qui parua quærunt. Parnus enim quidam cùm scapham suam amisisset, continenter populum poscebat.

1. Τὸ σκαμβὸν ξύλον, οὐδέποτ' ὀρθόν.] Αὕτη δημώδης ἐστὶ καὶ φανερά· τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν διάστροφα ξύλα ἢ πράγματα πειρωμένων εὐθύνειν, καὶ μηδὲν ὠφελούντων.

2. Τοιοῦτο Θεμιστοκλῆς οὔποτ' ἐνόησε.] Διὰ τὸ τειχίσαι τὸν Πειραιᾶ· ἢ ὅτι σοφίας δόξαν Θεμιστοκλῆς ἀπηνέγκατο· λέγεται ἐπὶ τῶν ἄγαν ἐπαιρομένων, ἐπὶ μικροῖς κατορθώμασι.

3. Τὸ καλὸν φίλον εἶναι.] Ἐπὶ τῶν τὸ συμφέρον αἱρουμένων.

4. Τὸ μὲν πῦρ ὁ ἄνεμος, τὸν δὲ ἔρωτα ἡ συνήθεια ἐκκαίει.] Σωκράτους.

5. Τὸ Πάρνου σκαφίδιον.] Ἐπὶ τῶν μικρὰ ζητούντων· Πάρνος γάρ τις τὴν σκάφην ἀπολέσας, συνεχῶς ᾔτει τὸν δῆμον.

6. Τοῦ Μορύχου Διονύσου.] Ἐπὶ τῶν εὐήθές τι διαπραττομένων.

7. Τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς ἥλως.] Ἐπὶ τῶν τοῖς οἰκείοις ἐλεγχομένων λόγοις.

8. Τοῖς κακοῖς τρὶς τὰ κακά.] Ἡ παροιμία σαφής· γέγονε δὲ ἐντεῦθεν. Φασὶ τοὺς ἀτταγὰς ὄρνιθας μετακομισθέντας εἰς Αἴγυπτον ἐκ Λυδίας, καὶ ἀφεθέντας εἰς τὰς ὕλας, τὰ μὲν πρῶτα, ὄρτυγος φωνὴν ἀφιέναι· χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος, λοιμὸς ἐγένετο, καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἀπώλλυντο· οὐ διέλιπον οὖν οἱ ὄρνιθες οὗτοι πολλῷ σαφέστερον καὶ ἀναρθρότερον παιδίου, μεῖζον φθέγμα ἀφιέντες καὶ λέγοντες, Τρὶς τοῖς κακοῖς τὰ κακά· λέγει δὲ ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι καὶ συλληφθέντες, οὐ μόνον οὐ τιθάσσονται, ἀλλ' οὐδὲ φωνὴν ἀφιᾶσιν ἣν πρότερον ἠφίεσαν· ἡ δουλεία δὲ αὐτῶν καὶ ἡ κάθαρξις καταψηφίζεται σιωπήν· ἐὰν δὲ ἀφεθῶσι καὶ ἐλεύθερον ἀπλώσωσι τὸ πτερὸν, πάλιν γίνονται ἔμφωνοι· ὁμοῦ καὶ τὸ φθέγμα καὶ τὴν παρρησίαν ἀπολαμβάνοντες.

9. Τοσοῦτον σχεδὸν, ὅσον ἐκ Διονυσίων.] Ἐπὶ τῶν ἀποδοχῆς ἀξίας τυχόντων.

10. Τόλμα πρήξιος ἀρχή· τύχη δὲ τέλος κυρίης.] Δημοκρίτου ἡ γνώμη.

11. Τὸν οἴκοθεν βρεχόμενον, οὐδὲ Θεὸς οἰκτείρει.] Καὶ αὕτη δημώδης.

12. Τοὺς κενοὺς ἀσκοὺς, τὸ πνεῦμα διίστησι· τοὺς δὲ ἀνοήτους τὸ οἴημα.] ἐξ ἀποφθέγματος.

13. Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκας.] Ἐπὶ μεγάλων πραγμάτων καὶ βεβαίου ψήφου τάσσεται· δώδεκα πόλεις τῆς Ἰωνίας συνῄεσαν περὶ τῶν κοινῶν βουλευσόμεναι· καὶ εἴποτε ἴσαι αἱ ψῆφοι ἐγένοντο, οἱ Κολοφώνιοι περιττὴν τὴν νικῶσαν ἐτίθεντο·

6. *Morychi Bacchi.*] De ijs, qui aliquid ineptè faciunt.

7. *Tuismet pennis captus es.*] De ijs, qui suis ipsi sermonibus conuincuntur.

9. *Malis ter mala.*] Clara parœmia est; hinc autem nata. Ferunt attagines aues ex Lydia in Ægyptios transportatas, & in syluas abire dimissas, primum quidem coturnicis vocem edidisse: postea autem ex fluuij altius fluentis eluuie pesti enata, ac multis mortalibus illius regionis eo malo absumtis, non destitisse illas aues longè clarius & articulatius quam vel puer posset, voce vehementius emissa dicere, *Ter malis ter mala.* Quin fama quoque est, easdem comprehensas non solum non cicurari, sed neque vocem edere quā anteà consueuissent; seruitute & arctiori custodia silentium ipsis inferente. Quod si dimittantur & liberas pennas extendere permittantur, rursum vocales fiunt, simul & voce & libertate recepta.

9. *Tantum ferè quantum ex Bacchanalibus.*] De ijs, qui pro meritis excepti fuere.

10. *Rebus principium est audacia, perficit has sors.*] Democriti sententia.

11. *Qui domi compluitur, eius nec Deus miseretur.*] Estque vulgaris hæc parœmia.

12. *Inanes vtres ventus distendit, insipientes autem opinio.*] Ex apophthegmate.

13. *Colophonem imposuisti.*] De magnis rebus, & efficaci suffragio ponitur. Duodecim ciuitates Ioniæ conueniebant, de re communi consilium capturæ, & si quando suffragia æqualia esse contingebat, Colophonij reliquum quod cætera vinceret apponebant.

Smyrnenses enim aduenas secum commorantes in sua potestate habebant: pro quibus etiam suffragium ferebant. Vnde parœmia de potentissimo ac firmo suffragio vsurpatur.

14. *Fumum fugiens, in ignem incidi.*] De ijs, qui quum leuiora mala fugiant, in maiora se induunt.

15. *Per tenebras quæ apud quercum.*] De simplicioribus.

16. *Extra belluam saltarunt.*] De ijs, qui imprudentia sua in bello victi sunt. Sybaritas Italiæ populos, nimiam deliciarum in victu sollicitudinem habuisse audio, & reliquarum quidem rerum seriarum ignaros fuisse, vitam autem vniuersam in otio ac sumptuoso luxu transegisse. Erant ergo equi illorum edocti, tempore conuiuij numerose ad tibiam saltare. Quod quum scirent Crotoniatæ, illis bellum intulerunt, tubam quidem & omnem vehementiorem atque adhortatorium ad arma sonum silere iubentes, tibiam autem ac tibicines adsumentes. Quumque iam propinqui ad sagittarum ictum essent, saltatoriam illam modulationem cecinerunt: qua audita Sybaritarum equi, ob domesticæ consuetudinis memoriam, tanquam in medijs conuiuijs constituti, vectores suos excutiebant, & lasciuientes tripudiabant, ac denique ordinem confundentes extra bellum saltabant.

17. *Canis delictum sus luit.*] Quum ob malum ab alijs commissum, alij pœnas dederunt.

18. *Vellus ouium tonderi volo: sed non crudeliter illas radi usque ad cutem.*] Tiberij Imperatoris Romani hæc parœmia. Vsurpatur in illos qui inclementer tributa exigunt.

19. *De lente fabulam.*] Supple, loqueris. Vsurpatur, quando quis alicuius

Σμυρναῖοι γὰρ ἐλθόντας συνοίκους ἐκέκτηντο· ὑπὲρ ὧν καὶ τὴν ψῆφον ἔθεντο· ὅθεν ἐπὶ τῆς κρατίστης καὶ βεβαίας ψήφου ἡ παροιμία εἴρηται.

14. Τὸν καπνὸν φεύγων, εἰς τὸ πῦρ ἔπεσον.] Ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ τῶν δεινῶν φευγόντων, καὶ εἰς μείζονα ἐμπιπτόντων.

15. Τὸ παρὰ δρυῒ σκότος.] Ἐπὶ τῶν ἁπλουστέρων.

16. Τὸν πόλεμον ἐξωρχήσαντο.] Ἐπὶ τῶν ἡττηθέντων ἀλόγως ἐν τῷ πολέμῳ. Συβαρίτας τοὺς ἐν Ἰταλίᾳ τρυφῆς ἀκούω ποιήσασθαι φροντίδα ὑπερβάλλουσαν· καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἔργων καὶ σπουδασμάτων, ἀμαθῶς ἔχειν· πάντα δὲ τὸν ἑαυτῶν βίον διάγειν ῥαστωνεύοντας ἐν ἀργίᾳ καὶ πολυτελείᾳ· ἐκδεδαγμένοι γοῦν ἦσαν αὐτοῖς οἱ ἵπποι παρὰ τὸν τῆς εὐωχίας καιρὸν ὀρχεῖσθαι πρὸς αὐλὸν τῷ ῥυθμῷ· τοῦτο συνειδότες οἱ Κροτωνιάται, ἐπολέμουν αὐτοῖς· σάλπιγγα μὲν οὖν καὶ ἦχον σύντονον καὶ παρακλητικὸν εἰς ὅπλα κατεσίγαζον· αὐλοὺς δὲ καὶ αὐλητὰς παραλαβόντες, ἐπεὶ ὁμοῦ ἦσαν, καὶ τόξευμα ἐξικνεῖτο ἤδη, καὶ ἐνέδοσαν ἐκεῖνο τὸ μέλος τὸ ὀρχηστικόν· ὅπερ οὖν ἀκούσαντες οἱ τῶν Συβαριτῶν ἵπποι, κατὰ τὴν οἴκοι μνήμην, ὡς ἐν μέσοις ὄντες τοῖς συμποσίοις, ἀπεσείσαντο μὲν τοὺς ἀναβάντας, ἐσκίρτων δὲ καὶ ἐχόρευον· καὶ τῇ γε ἄλλῃ, τὴν τάξιν συνέχεαν, καὶ τὸν πόλεμον ἐξωρχήσαντο.

17. Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπέτισεν.] Ἐπὶ τῶν ἄλλων μὲν ἁμαρτησάντων, ἄλλων δὲ δόντων δίκην.

18. Τὸν πόκον περικείρεσθαι βούλομαι τῶν προβάτων· ἀλλ' οὐ ξυρᾶσθαι δυσμενῶς ἄχρις ἐπιδερμίδος.] Τιβερίου βασιλέως Ῥωμαίων αὕτη ἡ παροιμία· λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν βαρέως φορολογούντων.

19. Τὸν ἐπὶ τῇ φακῇ μῦθον.] Λείπει τὸ λέγεις· λέγεται ὅταν τις μνησθῇ τινες εὐ-

πλοῦς

πλοῦς ὄντος, καὶ μεγεθύνῃ αὐτόν· ἄλλων πρότερον ὑπὲρ ἄλλων λεγόντων, ἀξίων ὄντων πολλοῦ·

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας.] Φιλήμονος.

Τὸ τῆς Ἀμαλθείας δοκεῖς εἶναι κέρας.
Οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς, κέρας βοός.
Ἀργύριόν ἐστι· τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε·
Πρὸς τοῦτ' εἰ βούλει· πάντα σοι γενήσεται·
Φίλοι, βοηθοὶ, μάρτυρες, συνοικίαι.
Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφήμερα φρονεῖ,
Καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον, ἢ καπνοῦ σκιά.

20. Τοῦ Κροίσου παιδὸς σιγηλότερος.] Κροῖσος γὰρ ἐκέκτητο υἱὸν ἄφωνον.

21. Τὸν τρέχοντα ἐρέθιζε.] Πρόδηλος· καὶ οὕτω δεῖ τοὺς φρονίμους.

22. Τὸ ἀρνίον σου λελάληκεν.] Ἐν Αἰγίνῃ, ὥς φασιν, ἀνθρωπείᾳ φωνῇ ἐχρήσατο, καὶ εἶπε τὰ μέλλοντα.

23. Τὸ βασιλικὸν βοΐδιον.] Ἐπὶ τοῦ Πτολεμαίου βοῦς ἀπέτεκεν ἓξ βοΐδια, πρὸς οἰωνοῦ δὲ ἀγαθοῦ τὸ συμβησόμενον λαβὼν ὁ Πτολεμαῖος, ἐν τοῖς βασιλείοις μετὰ πάσης ἐπιμελείας προσέταξε τρέφεσθαι· χρήσῃ δὲ τούτῳ, ἢ ἐπὶ τῶν θεραπείας πολλῆς ἀξιουμένων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐτυχούντων ἢ πολυτέκνων.

24. Τὸ Δίωνος γρῦ.] Οὗτος ὁ Δίων, Ἀλεξανδρεὺς μὲν ἦν τὸ γένος· ἐπὶ φιλοσοφίᾳ δὲ περιβόητος· ἔχων δὲ ἀδελφὸν παλαιστὴν, Τόψιον καλούμενον, λοιδορούμενος ὑπό τινος τῶν ἀνταγωνιστῶν αὐτοῦ, καὶ ἀκούων ἄρρητα ῥήματα, ἐπακολουθοῦντος καὶ ὄχλου πολλοῦ, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐφθέγξατο,

vilioris mentionem facit, & valdè extollit, quum tamen alij prius de alijs longè magis dignis loquuti fuissent.

Cornu videtur esse Amalthea tibi,
Quale esse vates asserunt, cornu bouis:
Nummos ego esse deputo. num fortè habes?
Effare, namque hinc omnia obtingent tibi,
Testes, amici, res, opes domesticæ.
Genus diurna cogitat mortalium,
Quamque vmbra fumi cui fidendum sit magis.

20. *Crœsi filio taciturnior.*] Mutum enim filium Crœsus habuit.

21. *Currentem incita.*] Clara. atque ita facere oportet prudentes.

22. *Agnus tuus locutus est.*] In Ægina, vt aiunt, agnus humana voce loquutus est, & futura prædixit.

23. *Regia bucula.*] Sub Ptolomæo bos sex vitulas enixa est. Ptolomæus autem id quod eo omine significaretur in melius interpretatus, in regia illas omni cura ali præcepit. Vsus erit parœmiæ aut de ijs qui multo cultu digni habentur, aut de felicibus seu fæcundis.

24. *Dionis gry.*] Fuit hic Dion Alexandrinus genere, philosophia celebris, habens fratrem palæstritem, Topsium nomine, conuicijs autem à quodam aduersariorum impetitus, ab eoque audiens verba quædam minime offerenda, multitudine interim numerosa illum sequente, ipse quidem nihil respondit,

sapien-

ſapientiæ quam in ſe continebat præceptum obſeruans: in domus autem ſuæ veſtibulo iam conſtitutus, & nihil præ ſeſe iracundiæ ferens, ad iuuenem qui ſe laceſſiuerat ait, Ne gry quidem. Ille autem præ animi deſperatione ſeipſum ſuſpendit.

25. *Quod eſt in corde ſobrij, eſt in lingua ebrij.*] De ijs, qui ebrij veritatem loquuntur.

26. *Philoxeni non.*] De ijs, qui vehementer aliquid negant. Philoxenus Cytherenſis fugiens lapicidinas, in quas Dionyſius tyrannus illum coniecerat, quod tragœdias eius laudare nollet, Crotone Italiæ vrbe agebat. Quo intellecto Dionyſius, vt ſe Syracuſis ſiſteret petebat. Ille autem accepta charta, & in medio eius, dictionem, οὔ, hoc eſt, non, minori charactere conſcribens, propè eandem aliam, maioribus litteris eiuſdem formæ exarauit, ijſdemque totam chartam implens, illam Dionyſio miſit: oſtendens quod ille abs ſe fieri vellet, id ſe ei ſæpius ac vehementer negare.

27. *Paſetis ſemiobolus.*] Paſes ille mollis fuit, magica arte excellens. Quoties enim ſemiobolum daret, toties apud ſe eundem reperiebat.

28. *Prius pelagus vitem ferret quam hoc fiat.*] De impoſſibilibus.

29. *Hipparchi murus.*] De rebus magnæ impenſæ. Hipparchus enim, Piſiſtrati filius, circum Academiam murum conſtruxit, in quem Athenienſes multum ſumptus facere coëgit.

30. *Hylam inclames.*] De ijs, qui fruſtra laborant ac vociferantur, quod Hercules ex naui Argo deſcendens, Hylam poſtquam diſparuiſſet quæſiuit, nec inuenit.

31. *Conſilium quidem Dei fuit, factum autem meum.*] Hoc enim lepidiori ſermone reipub. præfecti vtebantur,

καπισαλμένον, τὸ τῆς σοφίας παράγγελμα τηρῶν· ἐντὸς δὲ τοῦ ἰδίου πυλῶνος γενόμενος καὶ μηδὲν ὀργῆς ὑπομείνας, εἶπε πρὸς τὸν νέον, οὐδὲ γρῦ· ὁ δὲ ἀθυμήσας, ἀπήγξατο.

25. Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐν τῇ γλώσσῃ τοῦ μεθύοντος.] Ἐπὶ τῶν ἐν μέθῃ τὴν ἀλήθειαν λεγόντων.

26. Τὸ Φιλοξένου οὔ.] Ἐπὶ τῶν μεγάλως ἀρνουμένων. Φιλόξενος ὁ Κυθήριος διαφυγὼν τὰς λατομίας, εἰς ἃς αὐτὸν ὁ Διονύσιος ὁ τύραννος ἐνέβαλεν, οὐκ ἐπαινοῦντα τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ, διέτριβεν ἐν Κρότωνι τῆς Ἰταλίας. πυθόμενος δὲ ὁ Διονύσιος, ἠξίου αὐτὸν εἰς Συρακούσας παραγενέσθαι· ὁ δὲ πρὸς ταῦτα λαβὼν χάρτην καὶ κατὰ μέσον γράψας μικρὸν οὔ, περὶ τοῦτο μεῖζον περιεχάραττεν· ὥστε τὸ σχῆμα τοιοῦτον· καὶ πλήσας τούτων πάντων τὸν χάρτην, ἔπεμψεν, ἐμφαίνων ὅτι πολλάκις καὶ μεγάλως ἀρνεῖται.

27. Τὸ Πάσητος ἡμιώβολον.] Οὗτος μαλακὸς ἦν ὁ Πάσης ἐπὶ μαγείᾳ διενηνοχώς. τὸ γὰρ ἡμιώβολον διδοὺς, παρ' ἑαυτῷ πάλιν εὕρισκε.

28. Τὸ πέλαγος πρότερον οἴσει ἄμπελον, ἢ τὸ δέ τι γενέσθαι.] Ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

29. Τὸ Ἱππάρχου τειχίον.] Ἐπὶ τῶν δαπανηρῶν πραγμάτων.] Ἵππαρχος γὰρ ὁ Πεισιστράτου, περὶ τὴν Ἀκαδημίαν τεῖχος ᾠκοδόμησε· πολλὰ τοὺς Ἀθηναίους ἀναγκάσας ἀναλῶσαι.

30. Τὸν Ὕλαν κραυγάζεις.] Ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων καὶ κραυγαζόντων· ἐπεὶ τὸν Ὕλαν ἀφανῆ γενόμενον, Ἡρακλῆς ἀποβὰς τῆς νεὼς Ἀργοῦς, ζητήσας οὐχ εὗρε.

31. Τὸ μὲν νόημα τοῦ θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν.] Οὕτως γὰρ οἱ δημαγωγοὶ

καὶ ἀστεϊζόμενοι ἔλεγον· ὁ μὲν θεὸς ὑπέβαλεν, ὁ ἐργασάμενος δὲ, ἐγώ.

32. Τοῦ Διός τὸν σάνδαλον.] Ἐπὶ τῶν μεγάλα δή τινα προβαλλομένων καὶ καινά.

33. Τὸ κανοῦν τῆς θεοῦ φέρει.] Ἐπὶ τῶν ἁγνῶν· αἱ γὰρ ἁγναὶ ἔφερον.

34. Τὸ Δωδοναῖον χαλκεῖον.] Ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων.

35. Τοῦ Βαύνος χοροῦ.] Ἐπὶ τῶν ἁπλουστέρων καὶ ἀμαθῶν. παρόσον ὁ Βαΰν κακοὺς ἐποίει τοὺς μαθητάς.

36. Τὸν ἐν κάλυξι καθήμενον εἴρειν χρὴ στεφάνους.] Ἐπὶ τῶν μὴ ἀργούντων.

37. Τὸ Ἐπιμενίδειον δέρμα.] Ἐπὶ τῶν ἀποθέτων· κατέκειτο γὰρ παρὰ τῇ Λακεδαίμονι τοῦτο.

38. Τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ᾽ ἐμοῦ γένος ἄρχεται· τὸ δὲ σὸν ἔν σοι παύεται.] Παραπλησία τῇ· Ἐμοὶ μὲν τὸ γένος ἄτιμον· σὺ δὲ τῷ γένει· Ἰφικράτης σκυτοτόμου υἱὸς πρὸς Ἁρμόδιον τὸν τοῦ παλαιοῦ Ἁρμοδίου ἀπόγονον, εἰς δυσγένειαν αὐτῷ λοιδορούμενον, ἔφη τόδε.

39. Τὸ Φρυνίχου πάλαισμα.] Κατὰ τῶν πανούργως σοφιζομένων· προδότης γὰρ οὕτως γέγονε τῶν Λακεδαιμονίων.

40. Τοῦ Μίδα πλοῦτον, καὶ Κροίσου καὶ Κινύρου.] Ἐν ὑπερβολῇ ταῦτα.

41. Τορώνη.] Δίδυμός φησιν, ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων καὶ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία· Ἰσοκράτης δέ φησιν, πόλιν εἶναι ἐν Θρᾴκῃ.

42. Τοῦ σελίνου δεῖται.] Ἐπὶ τῶν ἰσχυρῶς νοσούντων· καὶ γὰρ εἰώθασι στεφανοῦν σελίνοις τὰ μνήματα.

43. Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.] Ἐπὶ τῶν βλαπτόντων ἢ ὠφελούντων τινάς· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὄνων· ἀλλήλους γὰρ ἀντικνήθουσιν.

pro eo ac si dicerent, Deus quidem rem suggessit, ego autem confeci.

32. *Iouis sandalium.*] De ijs, qui magna quædam ac noua proponunt.

33. *Canistrum Deæ fert.*] De puris castisque. Tales enim canistra ferebant.

34. *Aes Dodonæum.*] In garrulos & multùm loquaces.

35. *Ex Baynis choro.*] De simplicioribus atque indoctis. Quod Bayn ille malos discipulos redderet.

36. *Inter calices sedentem coronam plectere oportet.*] De ijs, qui non sunt ociosi.

37. *Epimenidia cutis.*] De reconditis. Adseruabatur enim illa Lacedæmone.

38. *A me quidem familia mea incipit, tua autem in te desinit.*] Proxima huic parœmia: *Mihi quidem genus ignobile est, tu autem generi tuo.* Ephicrates cerdonis filius, Harmodio, vni ex veteris Harmodij posteris, ignobilitatem sibi exprobranti, hoc modo respondit.

39. *Phrynichi commentum.*] In eos, qui aliquid vafre comminiscuntur. Proditor enim Lacedæmoniorum ille fuit.

40. *Midæ opes, & Crœsi, & Cyneræ.*] Per hyperbolen dicimus.

41. *Torone.*] Didymus ait parœmiam dici, de ijs, qui seipsos componunt & pulchre comparant contra aduersa. Isocrates autem, vrbem in Thracia esse, ait.

42. *Apio indiget.*] De periculose ægrotantibus. Solitum enim apio monumenta vestire.

43. *Scabentem mutuò scabere.*] De ijs, qui se mutuo aut lædunt aut iuuant; translatione ducta ab asinis, qui se inuicem scabunt.

44. *Senecta vt ara incommodorum est omniũ, Huc cuncta ferri, his occupatam cernere est.*] Antiphanis.

45. *Meum refers mihi somnium.*] De ijs, qui quæ alijs acciderunt, eadem passis narrant.

46. *Seruis quidem necessitas lex est, liberis autem lex est necessitas.*] Demadæ.

47. *Veritatem reticere, aurum est sepelire.*] Alterius cuiusdam.

48. *Mortuo ne maledicas, sed beatum prædica.*] Chilonis.

49. *Tragicus Theocrines.*] De ijs, qui sycophantas agunt. Demosthenes oratione pro Ctesiphonte, Æschinem conuicijs incessens, Theocrinem Tragicum appellat, sycophantam illum dicere volens; qualis iste fuit, vt constat ex oratione contra Theocrinem: siue illa Demosthenis siue Dinarchi sit.

50. *Extremum curriculum obit.*] De ijs, qui animam agunt.

51. *Triceps Mercurius.*] Quod oratio plurimum possit. Alij autem tricipitem illum esse aiunt, quod vias commonstret, subscriptionemque habeat, quo hæc, aut illa ferat: fortè etiam quod ad singulas singula capita haberet. Mercurium autem tricipitem, Proclides Hipparchi amator, ut Philochorus ait, dedicauit.

52. *Trochilus crocodilo medetur.*] De ijs, qui ob metum potentioribus obsequuntur, à quibus tamen ipsi quoque vtilitatem percipiant. Crocodilus hians natat, vnde sanguisugæ natanti in os incidunt. quod quum sciat, trochilo medico indiget. Est autem trochilus, auis paludibus gaudens, & apud fluminum ripas oberrans; obuijs quibusque escis collectis sese pascens. Crocodilus autem plenus sanguisugarum, ad ripam prodiens, adversum solis radios hiat. cui trochilus immisso rostro sanguisugas

44. Τὸ γῆρας, ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν· πάντ' ἔστ' ἰδεῖν γὰρ εἰς τοῦτο καταπεφευγότα.] Ἀντιφάνους.

45. Τὸ ἐμὸν ἐμοὶ λέγεις ὄναρ.] Ἐπὶ τῶν τὰ ἑτέροις συμβαίνοντα, πρὸς τοὺς πεπονθότας διηγουμένων.

46. Τοῖς μὲν δούλοις ἡ ἀνάγκη νόμος, τοῖς δὲ ἐλευθέροις ὁ νόμος ἀνάγκη.] Δημάδου.

47. Τὸ σιγᾶν τὴν ἀλήθειαν, χρυσόν ἐστι θάπτειν.] Ἄλλου τινός.

48. Τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε.] Χίλωνος.

49. Τραγικὸς Θεοκρίνης.] Ἐπὶ συκοφαντούντων. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, λοιδορούμενος Αἰσχίνῃ, φησὶ, Τραγικὸς Θεοκρίνης, τοιοῦτος· ὡς ἔστι δῆλον ἐκ τοῦ κατὰ Θεοκρίνου· εἴτε Δημοσθένους ἐστὶν, εἴτε Δεινάρχου οὗτος ὁ λόγος.

50. Τρέχει τὴν ἐσχάτην.] Ἐπὶ τῶν τὰ λοίσθια πνεόντων.

51. Τρικέφαλος Ἑρμῆς.] Παρόσον ὁ λόγος μέγιστα ἰσχύει· οἱ δέ φασιν αὐτὸν τρικέφαλον, ὡς διδάσκοντα τὰς ὁδοὺς καὶ ἔχοντα ὑπογραφὴν, ποῦ μὲν αὕτη φέρει ἡ ὁδὸς, ποῦ δὲ ἐκείνη· ἴσως δὲ πρὸς ἑκάστην ὁδὸν κεφαλὴν εἶχεν· ἔστι δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν τρικέφαλον Ἑρμῆν, ὡς Φιλόχορός φησι, Προκλείδης Ἱππάρχου ἐραστής.

52. Τροχίλος θεραπεύει κροκόδειλον.] Ἐπὶ τῶν φόβῳ τοῖς κρείττοσι δουλευόντων, ὅμως καὶ αὐτῶν ὑπ' ἐκείνων ὠφελουμένων· ὁ κροκόδειλος νήχεταί τε ἅμα καὶ κέχηνεν· ἐμπίπτουσιν οὖν αἱ βδέλλαι καὶ λυποῦσιν αὐτόν· ὅπερ εἰδὼς ἰατροῦ δεῖται τοῦ τροχίλου. ἔστι δὲ ὁ τροχίλος, ὄρνις τῶν ἑλείων εἷς· καὶ περὶ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν ἀλᾶται, καὶ ὅ, τι ἂν τύχῃ περιεκλέγων, βόσκεται· πλήρης οὖν βδελλῶν γενόμενος ὁ κροκόδειλος, ἐπὶ τὴν ὄχθην προσελθὼν, κατὰ τῆς ἀκτῖνος κέχηνεν· ὁ τοίνυν τροχίλος ἐκβα-

ἐκβαλὼν τὸ ῥάμφος, ἐξάγει τὰς προειρημένας· καρτερεῖ δὲ ὠφελούμενος ὁ κροκόδειλος, καὶ ἀτρεμεῖ· καὶ ὁ μὲν ἔχει δεῖπνον τὰς βδέλλας· ὁ δὲ ὀνίναται· καὶ τὸ μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν τροχίλον, λογίζεται οἱ μισθός· κειμένῳ δὲ καὶ ὑπνώττοντι τῷ κροκοδείλῳ, ἐπιβουλεύει ὁ ἰχνεύμων· καὶ ἐμφὺς τῇ δέρῃ, πολλάκις ἀπέπνιξεν αὐτόν· ἀλλ' ὅγε τροχίλος ὑπεραγρυπνῶν τοῦ τροφέως, βοᾷ· καὶ παίει κατὰ τῆς ῥινὸς αὐτὸν, καὶ ἀνίστησι, καὶ πρὸς τὸν ἐχθρὸν ὑποθήγει.

53. Τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.] Οἱ μὲν τρὶς ἕξ, νίκην· οἱ δὲ τρεῖς κύβοι, κενοί.

54. Τριτογενείας ἔφυ παῖς.] Ἐπὶ τῶν ἐνδόξων καὶ φρονίμων· λέγεται δὲ Τριτογενὴς ἡ Ἀθηνᾶ, ἤτοι ὅτι ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διὸς ἐξῆλθεν· ἢ ὅτι παρὰ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη, φθίνοντος τρίτῃ, ὡς καὶ Ἀθηναῖοι ἄγουσιν· ἢ ὅτι μετὰ Ἄρτεμιν τρίτη καὶ Ἀπόλλωνα ἐγεννήθη· ἢ ὅτι τριτὼ τὴν κεφαλὴν Ἀθηναῖοι ἔλεγεν· ἢ ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς, ἃ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει· τρία γάρ ἐστι δέσποτα δι' ὧν ἅπαντα γίνεται, ἢ κατὰ τὸν νόμον, ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον ἔθει τινί.

55. Τρίτου κρατῆρος ἐγεύσω.] Ἐπὶ τῶν μεμυημένων τὰ τελειότατα καὶ σωτηριωδέστερα· τρεῖς δὲ ἦσαν κρατῆρες· καὶ τὸν μὲν πρῶτον ἔλεγον Ὀλυμπίων· τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων· Πλάτων ἐν πολιτείᾳ, τὸν δὲ τρίτον· Ὀλυμπικῷ τῷ σωτῆρί τε καὶ Ὀλυμπίῳ· ἐλέγετο καὶ τριττὺς, ἡ ἐντελὴς θυσία, ἐκ συὸς, κριοῦ, καὶ τράγου· καὶ φυλῆς μέρος τρίτον.

56. Τρὶς τοῦ βίου λέλουται, ὥσπερ οἱ Δαρδανεῖς.] Ἐπὶ τῶν φειδωλῶν· οἱ γὰρ Δαρδανεῖς Ἰλλυρικὸν ἔθνος ὄντες, τρὶς ἐν τῷ βίῳ ἐλούοντο· ὅταν ἐγεννῶντο,

educit, idque crocodilus quietè suffert, ob vtilitatem suam. Et ille quidem prandium habet ipsas sanguisugas: hic autem ab eo iuuatur. Cui proinde hanc mercedem rependit, ne quid in trochilum iniustè committat. Crocodilo autem iacenti ac stertenti ichneumon insidiatur, & collo eius inhærens sæpius ipsum suffocat. Cæterùm trochilus pro suo nutricio vigilans, clamat, & naribus ipsius verberatis, excitat, inque hostem suum instigat.

53. *Ter sex aut tres tesseræ.*] Ter sex victoriam denotabant, tres autem tesseræ inanes erant.

54. *Tritogeneiæ puer est.*] De præclaris & cordatis. Dicitur autem Minerua Tritogenia, quod ex vtero, ex matrice, & ex Iouis cerebro prodijt. Aut quod apud Tritonem Lybiæ fluuium nata sit, tertio die lunæ decrescentis: quo die etiam Athenienses festum eius agunt. Aut quod post Dianam & Apollinem, tertia in lucem edita sit. Seu quod trito Atheniensis caput vocarent, quod tria ex illo oriantur quæ res omnes humanas continent. Tria enim sunt quæ rerum omnium dominium tenent, & per quæ vniuersa fiunt, aut lege, aut necessitate, aut tertio denique consuetudine quapiam.

55. *Ex tertio cratere gustasti.*] De ijs, qui perfectissimis ac saluberrimis sacris iniati sunt. Tres autem fuerunt crateres, quorum primum quidem Olympiorum Deorum esse dicebant, secundum Heroum vt Plato in Republica, tertium Ioui Hospitatori Olympico seu Olympio dedicatum. Vocabatur & τριτὺς, seu ternio, sacrificium perfectum, ex sue, ariete, & hirco constans. Fuit & τριτὺς, pars tertia tribus.

56. *Ter lotus est in vita ad instar Dardanum.*] De parcis. Dardanes enim Illyrica natio, ter dumtaxat in vita lauabantur; quando nascerentur,

in

in nuptijs & in morte. Alij autem parœmiam accipiunt de generosissimis & voluptatum contemptoribus.

57. *Tragicum malum.*] De pleno ærumnis malo. Pugnant hirci inter se pro vxoribus suis, tanquam pro formosis mulieribus, & tauri contra tauros, & arietes pro ouibus aduersus riuales. Feruntur etiam amore & zelotypia in fœminas vespæ marinæ, generanturque in locis quæ vocantur Aspra. Videas pugnam illorum pro fœminis vehementem, neque illam pro multis, vt Argiuis bellum fuit, sed pro vxore priuata; sicut Menelao contra Paridem.

58. *Tertio capiti & tertio cerebro.*] De onerum baiulis.

59. *Trophonij sub terra lusus.*] Et parœmia: *In Trophonij vaticinatus est.* In Lebadia oraculum fuit, quod *κάταβασιν*, seu descensum, vocabant: cuius adeo paruum os erat, vt extremos tantum pedes caperet. Proinde qui Dei oraculum consulebant, ante omnia præscripto quodam modo expiati, seque ipsos sacro quopiam habitu exornantes, ambabus manibus placentas accipientes, ita ad os illud considebant, ac derepentè rapiebantur & terram subibant. Placentas autem illas eo accipiebant, ne quippiam molestiæ ab obuijs serpentibus paterentur.

60. *Vtris in morem sitiens.*] De ijs, qui corruptis rationibus priuatis, aliorum consulunt.

61. *Turture loquacior.*] Quod turtures, non solum ore, sed & posterioribus membris sonum edant, adeoque ipso podice loquantur, vt Ælianus ait. Qui turtures marinas, seu pastinacas, venantur, saltantes, & suauiter musiceque cantillantes, assistunt. Illæ autem, auditu oble-

καὶ ἐν γάμοις, καὶ τελευτῶντες· ἄλλοι δ' ἐπὶ τῶν γενναιοτάτων ἐκλαμβάνουσι ταύτην καὶ καταφρονούντων τῶν ἡδονῶν.

57. Τραγικὸν πάθος.] Ἐπὶ τῶν μεστῶν συμφορῶν· οἱ τράγοι μάχονται πρὸς τράγους ὑπὲρ τῶν θηλειῶν, ὥσπερ ὡραίων γυναικῶν· καὶ οἱ ταῦροι πρὸς ταύρους, καὶ ὑπὲρ οἴων οἱ κριοὶ πρὸς τοὺς ἀντερῶντας. ὀργῶσι δὲ ἐπὶ τὰς θηλείας, καὶ οἱ θαλάττιοι κάνθαροι· γίνονται δὲ ἐν τοῖς Ἄσπρεις καλουμένοις χωρίοις. καί εἰσι ζηλότυποι, καὶ ἴδοις ἂν μάχην ὑπὲρ τῶν θηλειῶν, καρτεράν· καὶ ἔστιν ὁ ἀγὼν οὐχ ὑπὲρ πολλῶν· ὡς τοῖς Ἀργείοις ὁ πόλεμος· ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἰδίας γαμετῆς, ὡς τῷ Μενέλεῳ πρὸς τὸν Πάριν.

58. Τρίτῃ κεφαλῇ καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ.] Ἐπὶ τῶν ἀχθοφορούντων.

59. Τροφωνίου κατὰ γῆς παίγνια.] Καὶ παροιμία· Ἐς Τροφωνίου μεμάντευται. ἐν Λεβαδίᾳ χρηστήριον ἦν, ὃ κατάβασιν ἐκάλουν. στόμιον γάρ τι ἦν, ὡς τὰ ἄκρα δύνασθαι μόνον τῶν ποδῶν χωρῆσαι. οἱ οὖν τῷ θεῷ χρώμενοι, ἁγνεύσαντες πρῶτον ὡρισμένως, καὶ κοσμήσαντες ἑαυτοὺς ἱερῷ τινὶ σχήματι, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μελιττούτας λαβόντες, οὕτως ἐκάθιζον ἐπὶ τὸ στόμιον, καὶ αἰφνίδιον ἡρπάζοντο, καὶ κατεδύοντο ἐπὶ τῆς γῆς· τὰς δὲ μελιττούτας, ὅ ἐστι μάζας, ἐλάμβανον· ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀδικηθῆναι ὑπὸ τῶν συναντώντων ὄφεων.

60. Τρόπον ἀσκοῦ διψηνῶν.] Ἐπὶ τῶν τὰ οἰκεῖα φθειρόντων, ἄλλους δὲ ὠφελούντων.

61. Τρυγόνος λαλίστερος.] Ἐπειδὴ καὶ αἱ τρυγόνες οὐ μόνον τῷ στόματι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀπισθίοις μέλεσιν ἠχοῦσιν, καὶ ἐκ τῆς πυγῆς λαλοῦσιν, ὡς Αἰλιανός φησι. Οἱ τὰς θαλαττίους τρυγόνας θηρῶντες, ἑστήκασιν ὀρχούμενοι καὶ ᾄδοντες εὖ μάλα μουσικῶς· αἱ δὲ, καὶ τῇ ἀκοῇ θέλγονται,

γονται, καὶ τῇ ὄψει τῆς ὀρχήσεως κηλοῦνται· καὶ προσίασιν ἐγγυτέρω· οἱ δὲ ὑπαναχωροῦσιν ἡσυχῇ καὶ βάδην· ἔνθα δήπου ταῖς δειλαίαις, πρόκειται δίκτυα ἐκπεπετασμένα, εἶτα ἐμπίπτουσιν εἰς αὐτὰ καὶ ἁλίσκονται· λέγει Λεωνίδης ὁ Βυζάντιος, ἰχθύων φύσεώς τε καὶ κρίσεως ἄπειρον ἄνθρωπον ἁρπάσαντα ἐκ δικτύου τρυγόνα· ᾤετο δὲ ἄρα ὁ δυστυχὴς, ψῆτταν εἶναι· φέροντα ὡς εἶχεν, ἐπὶ κόλπον βαλεῖν καὶ βαδίζειν· ἵνα λάθῃ, ὥς τι ἀγαθὸν εὑρών· εἶτα καὶ εἰς ἐμπολὴν κερδαλέον ἑαυτῷ ἔχει ἅρπαγμα· ἡ δὲ ἄρα ἤλγηζε πιεζομένη, καὶ παίει τῷ κέντρῳ διείρασα, καὶ ἐξέχεε τοῦ δυστυχοῦς κλέπτου τὰ σπλάγχνα, καὶ ἔκειτο παρὰ τῇ τρυγόνι νεκρὸς ὁ φώρ· ἐναργὴς ἔλεγχος ὢν οὐκ εἰδὼς ἔδρασε.

62. Τραγικὸς πίθηκος.] Ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν σεμνυνομένων.

63. Τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα.] Ἤγουν εὐμετάβολα.

64. Τρικέφαλε Γηρυόνη.] Ἐπὶ τῶν θηριογνωμόνων· φασὶ γὰρ Γηρυόνην, ὡς τρικάρηνος ἦν· ἀδύνατον δὲ, σῶμα τρεῖς κεφαλὰς ἔχειν· ἦν δὲ τοιόνδε τοῦτο· πόλις ἐστὶν ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Τρικαρηνία καλουμένη· ἦν δὲ Γηρυόνης ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις ὀνομαστὸς, πλούτῳ τε καὶ ἄλλοις διαφέρων· εἶχε δὲ βοῶν ἀγέλην θαυμαστήν· ἐφ' ἣν ἐλθὼν Ἡρακλῆς, ἀντιποιούμενον Γηρυόνην ἔκτεινεν· οἱ δὲ θεώμενοι περιελαυνομένας τὰς βοῦς, ἐθαύμαζον· ἦσαν γὰρ τὸ μὲν μέγεθος, μικραί· ἀπὸ δὲ κεφαλῆς ἐπὶ τῇ ὀσφύι, μικραὶ καὶ σιμαὶ, κέρατα οὐκ ἔχουσαι· ὀστᾶ δὲ μακρὰ καὶ πλατέα. πρὸς τοὺς πυνθανομένους οὖν ἔλεγόν τινες, Ἡρακλῆς ταύτας περιήλασεν, οὔσας Γηρυόνου τοῦ Τρικαρήνου· τινὲς δὲ ἐκ τοῦ λεγομένου ὑπέλαβον, αὐτὸν τρεῖς ἔχειν κεφαλάς.

ctantur, & adspecta eiusmodi saltatione demulcentur, propiusque accedunt, quum interim hi sensim taciteque sese subducunt ad eum locum, vbi retia ante escas expansa iacent: in quæ illæ mox incidentes capiuntur. Leonides Byzantius refert, quendam piscium naturæ ac discriminis ignarum, cum turturem marinam, seu pastinacam, ex reti surripuisset (putabat autem miser lingulacam esse) illam in sinu conieci sse, eoque pacto ne res manifesta fieret abijsse; tanquam boni nescio quid, & lucrosum sibi in venditionem furtum inuenisset: illam autem compressam, præ dolore quem patiebatur, immisso stimulo hominem rupisse, miserique viscera effudisse, sicque apud pastinacam suam furem illum mortuum iacuisse; manifesto indicio quidnam perpetrasset nesciuisse.

62. *Simius Tragicus.*] In eos, qui nullius alioqui dignitatis, grauitatem seueritatemque sibi adfingunt.

63. *Trochus res mortalium.*] Scilicet quæ mutabiles.

64. *Triceps Geryones.*] De ijs, qui efferatis sunt animis. Aiunt enim Geryonem tricipitem fuisse, quod fieri nequit, vt vnum corpus tria capita habeat; tale autem quid fuit. Vrbs est Ponto Euxino Tricarinia appellata. Fuit autem Geryones inter homines tum celebris, opibusque atque alijs rebus antecellens, qui & boum admirabilem gregem habuit, quem Hercules inuadens, Geryonem illi propugnantem occidit. Porrò qui videbant boues circumactas, admirabantur: nam habitu quidem paruæ erant, à capite vsq; ad ilia & insuper parvæ & simæ, cornua non habentes; cæterùm ossa longa lataque. Rei autem quidnam id esset interrogantibus, quidam responderunt, Herculem Geryonis Tricateni boues abegisse. Vnde nonnulli ex eo dicto, Geryonem tria capita habere sunt suspicati.

65. *Talpa cæcior.*] Animal hoc oculis caret. Ait autem Stesimbrotus à terra excæcatum fuisse, quod fruges corrumperet. Habet enim dentes maximè noxios, rostrum instar mustelæ, pedes instar vrsi.

66. *Typhone multiplicius.*] Typhon fulmine ictus à Ioue fuisse fertur. Dicitur etiam, *Typhone magis varium.*

67. *Cæcum somnium.*] De fallacibus.

68. *Typhogeron.*] De senibus fastu vecordibus.

69. *Qui amat, circa rem amatam cæcus redditur.*] Platonis dictum.

70. *Cæcutiunt aures tibi, mens, lumina.*]

71. *Audere multa, vt multa peccentur facit.*]

72. *Vernalibus folijs plures sunt sycophantæ.*]

73. *Quæ consequi non possis, ne aggrediaris.*]

74. *Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.*] Euripides pulchrum Agathonem in conuiuio amplexus, etiam barbescentem deosculatus, Amici, inquit, ne mirum id vobis videatur. Deinde prouerbiale illud dictum adiecit.

75. *Nam laborantem etiam Deus iuuat simul.*] Euripidis sententia.

76. *Ficulno folio anguillam.*] Asperum enim ficulnum folium, anguillæ autem lubricæ: ad comprehendendas igitur illas aptum.

77. *De asinis mihi non est curæ.*]

78. *Plurium calculus vincit.*]

65. Τυφλότερος ἀσπάλακος.] Τοῦτο τὸ ζῶον οὐκ ἔχει ὀφθαλμούς· φησὶ δ' αὐτὸ Στησίμβροτος ὑπὸ τῆς γῆς τυφλωθῆναι, διὰ τὸ φθείρειν τοὺς καρπούς· ἔχει γὰρ ὀδόντας μιαρωτάτους, καὶ ῥύγχος ὥσπερ γαλῆς, καὶ πόδας ὡς ἄρκτου.

66. Τυφῶνος πολυπλοκώτερον.] Τυφὼν ὁ λεγόμενος κεραυνωθῆναι ὑπὸ τοῦ Διός· τούτου ποικιλώτερον.

67. Τυφλὸν ὄνειρον.] Ἐπὶ τῶν ἀπατηλῶν.

68. Τυφογέρων.] Ἐπὶ τῶν τυφομανῶν γερόντων.

69. Τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν.] Πλάτων τοῦτ' ἔφη.

70. Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ.]

71. Τὸ πολλὰ τολμᾶν, πολλὰ ἁμαρτάνειν ποιεῖ.]

72. Τῶν ἐαρινῶν φύλλων πλείονές εἰσιν οἱ συκοφάνται.]

73. Τῶν ἀνεφίκτων μὴ ἐπιχείρει.]

74. Τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστιν.] Εὐριπίδης τὸν καλὸν Ἀγάθωνα περιλαμβάνων ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ καταφιλῶν ἤδη γενειῶντα, πρὸς τοὺς φίλους εἶπε, Μὴ θαυμάζητε· τὸ παροιμιῶδες τοῦτ' εἰπών.

75. Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.] Εὐριπίδου ἡ γνώμη.

76. Τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν.] Θρίον τὸ φύλλον τῆς συκῆς. τραχὺ γάρ ἐστιν· αἱ δὲ ἐγχέλυς ὀλισθηραί· πρὸς τὸ λαμβάνειν οὖν αὐτάς, κατάλληλον.

77. Τῶν δ' ὄνων οὔ μοι μέλει.]

78. Τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ.]

Υ.

79. Ὕβρις ὕβριν ἔτικτε, καὶ ψόγος ψόγον.]

80. Ὑγρὰ νύξ.] Ἐπὶ τῶν συμβαινόντων χαλεπῶν.

81. Ὑγιέστερος Κρότωνος.] Ἐπὶ τῶν πάνυ ὑγιαινόντων.

82. Ὕβριν τε τίκτει πλοῦτος, ἡ φειδὼ βίου.] Εὐριπίδου.

83. Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασι φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.] Μενάνδρου.

84. Ὕβρις μικρῶν κρατοῦντα, φύσασθαι μέγα.] Ἄλλου τινός.

85. Ὕδρας κεφαλὰς τέμνεις.] Ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων· ἱστορεῖται γὰρ ἡ Ὕδρα, ὡς ἐν τῇ Λέρνῃ ἦν, ἔχουσα κεφαλὰς ἑκατόν· ὡς δ' ἐξ ἐπιταγῆς Εὐρυσθέως ἐκελεύσθη ὁ Ἡρακλῆς φονεῦσαι αὐτὴν, καὶ εἰς μάχην σταθεὶς καὶ τέμνων τὰς κεφαλὰς αὐτῆς, μιᾶς κοπτομένης, πολλαὶ ἀνεφύοντο· καὶ οὐκ ἂν νικητὴς ταύτης ἀνεφάνη· εἰ μὴ Ἰολάου, τυχόντος ἐκεῖσε, τὰς φυομένας κεφαλὰς κατακαίοντος· τοῦτον δ' εἴ τις πείθεται γενέσθαι, μάταιός ἐστι. τὸ δ' ἀληθὲς ὧδε ἔχει. Λέρνος ἦν βασιλεύς· ᾤκουν δὲ πάντες οἱ ἄνθρωποι κατὰ κώμας· ἦσαν δὲ βασιλεῖς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν χωρίων τούτων· Σθένελος δὲ ὁ τοῦ Περσέως, εἶχε τὸ μέγιστον καὶ πολυανθρωπότατον, τὴν Μυκήνην. Ὁ δὲ Λέρνος οὐκ ἤθελεν αὐτῷ ὑποτάττεσθαι· ἐπολέμουν οὖν οἱ δύο διὰ τοῦτο. ἐν δὲ τῇ εἰσβολῇ τῆς χώρας· ἦν τῷ Λέρνῳ πολίχνιόν τι καρτερὸν, καὶ ἐφρούρουν αὐτὸ πεντήκοντα τοξόται ἀνδρεῖοι· οὓς ἐπήεσαν ἐπὶ τῷ πύργῳ ἀδιαλείπτως νύκτα καὶ ἡμέραν· ὄνομα δὲ ἦν πολιχνίῳ, Ὕδρα.

Y.

79. *Iniuria ex iniuria, ex probro probrum.*]

80. *Humida nox.*] De aduersis quæ accidunt.

81. *Sanior Crotone.*] De ijs, qui optimè valent.

82. *Ferociam gignunt opes, vita haud frugi.*] Euripidis.

83. *Iniuria & vinum, amicis amicorum mores detegere solent.*] Menandri.

84. *Spirare magnum turpe, si paruum premas.*] Alterius cuiusdam.

85. *Hydræ capita secas.*] De rebus superatu difficillimis. De Hydra enim proditur, in Lerna fuisse, habentem capita centum. Quum autem Hercules, ex præcepto Eurysthei, iussus esset illam interimere, in pugna cum illa congressus, & capita ei præscindens, vno abscisso plura renascebantur: adeò vt nunquam de ea victor fuerit euasurus, nisi Iolaus superueniens, capita enascentia combussisset. Tale verò quid si quis accidisse credit, stolidus est. Res autem ita se habet. Lernus rex fuit eo tempore, quo homines vniuersi vicatim habitabant. Fueruntque locorum illorum singulorum reges: inter quos Stenelus Persei filius, Mycenas, locum maximum & hominum frequentia celeberrimum, obtinebat. Cui quum Lernus subesse nollet, inter vtrumque est bellum exortum. In ipso autem aditu regionis, Lerno oppidulum bene munitum fuit, quod quinquaginta fortes sagittarij custodiebant, quos in turrim indesinenter die ac nocte immittebant. Nomen oppidulo Hydra

Mittit

Mittit ergo Eurystheus Herculem, oppidulumque illud obsidet. Qui autem in turri erant, ignem in illos qui subtus erant, eiaculabantur. Quando autem quis ex sagittarijs illis saucius cadebat, duo loco vnius, quod qui ceciderat strenuus fuisset, ascendebant. Quum verò Lernus iam bello ab Hercule teneretur, externum militem conducit, ad quem Carcinus quidam exercitum secum ducens, venit; vir bellicosus & viribus præstans; cum quo Herculi restitit. Cui quoque Iolaus Iphiclei filius Herculis nepos, auxilio venit, ex Thebanis exercitum coactum habens, turrimque in Hydra constitutam accedens concremauit, hisque cum copijs Hercules illos expugnauit, & deleta Hydra, exercitum internecione cædit. Quo ex facto fabula conficta est: scriptoresque Hydram serpentem esse comminiscuntur.

76. *Hydrophoriam agis.*] Festum erat lugubre Athenis, pro ijs, qui diluuio perierant, vt ait Apollonius.

77. *Aquam bibendo, nil boni produxeris.*] Aiunt epigrammatis esse partem. Hi quidem Asclepiadis, illi verò Theæteti.

78. *Aqua influit.*] De ijs, qui se promittunt omni opera in rem aliquam incubituros: adeo, vt vel nauigia quæ perfluunt, conscendere non cunctentur.

79. *Natum, tametsi pauper, educat suum.*]

80. *Natam, tametsi diues, exponit suam.*] Hermaphroditi.

81. *Vos neque tertij neque quarti.*] De hominibus nullius pretij.

82. *Vos dæmonem eligite, dæmon vos non deseret.*] Humanas res pro animi cuiusque destinatione, non fato, agi; iuxta Olympiodorum & Ammonium.

πέμπει οὖν Εὐρυσθεὺς Ἡρακλέα, καὶ πολιορκεῖ αὐτὸ τὸ πολίχνιον· οἱ δὲ ἐπὶ τῷ πύργῳ ἐπυρπόλουν τοὺς κάτω· ὁπότε δέ τις πληγεὶς πέσοι, ἀνέβαινον δύο τοξόται ἀνθ' ἑνός. ἐπειδὰν ἀνδρεῖος ἦν ὁ προαναιρημένος· ἐπεὶ δὲ συνείχετο ὁ Λέρνος ὑπὸ Ἡρακλέους τῷ πολέμῳ, μισθοῦται ὀθνεῖον στρατόν· ἦλθε δὲ αὐτῷ ἄγων τὴν στρατιὰν, Καρκῖνος ὄνομα τῷ ἀνδρὶ μέγας τὴν ἰσχὺν καὶ πολεμικὸς, καὶ σὺν τούτῳ, ἀντεῖχον πρὸς τὸν Ἡρακλέα· εἶτα βοηθεῖ ὁ Ἰόλαος ὁ Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς ὢν τῷ Ἡρακλεῖ· ἔχων στρατιὰν ἀπὸ Θηβῶν, καὶ τὸν πεφυκότα πύργον πρὸς τῇ Ὕδρᾳ προσελθὼν ἐνέπρησε· καὶ σὺν ταύτῃ τῇ δυνάμει ἐπόρθησεν αὐτοὺς ὁ Ἡρακλῆς, καὶ τὴν Ὕδραν ἀναιρεῖ, καὶ τὴν στρατιὰν ἀπόλλυσιν· οὗ γενομένου ὁ μῦθος ἀνεπλάσθη· καὶ γράφουσι τὴν Ὕδραν ὄφιν, καὶ τὸν μῦθον ἀναπλάττουσιν.

76. Ὑδροφορίαν ἄγεις.] Ἑορτὴ ἦν πένθιμος Ἀθήνησιν, ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ κατακλυσμῷ ἀπολλυμένοις· ὡς Ἀπολλώνιος.

77. Ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.] Τοῦτο ἐξ ἐπιγράμματος εἶναι μέρος, οἱ μὲν Ἀσκληπιάδου, οἱ δὲ Θεαιτήτου, φασίν.

78. Ὕδωρ παραρρέει.] Ἐπὶ τῶν ἐπαγγελλομένων παντὶ σθένει σπουδάζειν· ὡς κἂν εἰς ῥέοντα πλοῖα ἐμβῆναι, οὐκ ὀκνοῦντων.

79. Υἱὸν τρέφει τις, κἂν πένης τις ὢν τύχῃ.]

80. Θυγατέρα δ' ἐκτίθησι κἂν ᾖ πλούσιος.] Ἑρμαφροδίτου.

81. Ὑμεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.] Ἐπὶ τῶν οὐδενὸς λόγου ἀξίων.

82. Ὑμεῖς δαίμονα αἱρήσεσθε, οὐχ' ὑμᾶς δαίμων λήξεται.] Ὅτι ἐξ προαιρέσεως καὶ οὐκ ἐξ εἱμαρμένης τὰ ἀνθρώπινα, κατά τε Ὀλυμπιόδωρον καὶ Ἀμμώνιον.

83. Ὑπὲρ

83. Ὑπὲρ τὸν κατάλογον.] Ἐπὶ τῶν γεγηρακότων.

84. Ὑπὸ τοῦ δικαίου δ' ἐστὶν ἡττᾶσθαι καλόν.]

85. Ὕπνοι καὶ κόποι μαθήμασι πολέμια.] Κατὰ Πλάτωνα.

86. Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους.] Ἐπὶ πλουσίων. πλούσιος γὰρ οὗτος ἐν Κορίνθῳ.

87. Ὑπεψενισμένη, ἀκμαία πρὸς τόκον.] Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν σύκων τῶν διὰ τοὺς ψῆνας πεπείρων.

88. Ὑποβολιμαῖος εἶ.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν· ἀπὸ τῶν ὑποβαλλομένων παιδίων καὶ χαμαιρρίφων· ἅπερ ἑαυτῶν ἀποβάλλουσιν, ἢ ὑποβάλλουσιν, αἱ γυναῖκες.

89. Ὑπερβερεταῖος.] Ἐπὶ τῶν ὑπερχρονίων· ὁ γὰρ τελευταῖος μὴν ἐστὶν οὗτος.

90. Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος.] Ὁ μὴ ἐκ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως καὶ προθυμίας τι πράττων, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑτέρων κελεύσεως· ὥσπερ καὶ τὰ ὑποζύγια. εἴποις δ' ἂν καὶ ὑποζυγιῶδες πρᾶγμα.

91. Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος.] Λείπει τὸ εὕδει· λέγεται ἐπὶ τῶν κακοήθων καὶ ἐριστικῶν.

92. Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς.] Ὅμοιον τῷ· ὑπὲρ βαθμὸν πόδα τείνεις. εἴρηται ὑπὸ πεντάθλου τοῦ Κρωτωνιάτου· ὃς πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν ἐσκαμμένων, πρῶτος αὐτὸς ὑπερέβαλε τοῖς πηδήμασιν, ὡς τὸ ἐπίγραμμα λέγει.

93. Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φάϋλλος, δίσκευσεν δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

94. Ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀναρρίπτεις κύβους.] Οἱονεὶ ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγωνίζῃ καὶ κινδυνεύεις.

95. Ὑπέρου περιστροφή.] Ἐπὶ τῶν τὰ

83. *Vltra catalogum.*] De perquam senibus.

84. *Ab æquitate vincier, pulchrum ac bonum.*]

85. *Somni & molestiæ disciplinarum sunt hostes.*] Platonis sententia.

86. *Supra Callicratis facultates.*] De opulentis. Opulentus enim ille Corinthi fuit.

87. Ὑπεψενισμένη, *hoc est, Ad partum robusta.*] Ducta translatione à ficubus, quæ per psenas vermiculos maturescunt.

88. *Suppostititius es.*] De vilibus. Ductum à pueris suppostititijs & expositis, quos mulieres vel exponunt, vel supponunt.

89. Ὑπερβερεταῖος.] De valde longæuis. Hic enim vltimus mensis est.

90. *Subiugius homo.*] Qui aliquid non ex libera animi sui electione, sed aliorum iussu facit: sicuti iumenta iugalia posses etiam dicere, negotium subiugale.

91. *Sub omni lapide scorpius.*] Deest, dormit. Dicitur de hominibus morum haud proborum, & contentiosis.

92. *Vltra fossas saltas.*] Similis huic: *Vltra gradum pedem extendis.* Dictum à Crotoniata quinquertione, qui cum fossæ antea essent pedum quinquaginta, primus illas saltu superauit, vt ait epigramma.

93. *Quinquaginta pedes saltu olim & quinque Phayllus, Centum quinque minus disco transmittere visus.*]

94. *Super summa rerum aleas iacis.*] Quasi dicas, de vniuersis certamen instituis ac periclitaris.

95. *Pistilli conuersio.*] De ijs, qui

eadem

eadem identidem faciunt ac nihil proficiunt.

96. *Piſtillo nudior.*] &:

97. *Piſtillo multo caluior.*]

98. *Ob pudorem ſeruitutem amplector.*] De valde temperantibus. Euripides hoc in tragœdia Erechtidarum alibi vſurpauit, ad hunc modum:

Da nata dextram tangere: hoc ſat eſt patri:
Namque vt te amplectar arctius vetat pudor:
Cordatus haud vir fœminæ nimis fauet.

99. *Ventoſa ſomnia & laudum vmbræ.*] De fruſtra ſperantibus.

100. *Supra caput ſpuit.*] De elatis & ſuperbis.

αὐτὰ ποιούντων πολλάκις καὶ οὐδὲν ἀνυόντων.

96. Ὑπέρου γυμνότερος.] Καί·

97. Ὑπέρου πολλῷ φαλακρότερος.]

98. Ὑπ᾽ αἰδοῦς δὲ οὐ λίαν ἀσπάζομαι.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν σωφρόνων, τοῦτ᾽ ἔφησεν Εὐριπίδης ἐν τραγῳδίᾳ Ἐρεχθειδῶν, ὧδέ πη λέγων·

Ἀλλ᾽ ὦ τέκνον μοι δὸς χεῖρ᾽, ὡς θίγῃ πατήρ·
Ὑπ᾽ αἰδοῦς δὲ οὐ λίαν ἀσπάζομαι·
Γυναικόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.

99. Ὑπηνέμια ὀνείρατα καὶ ἐπαίνων σκιαί.] Ἐπὶ τῶν μάτην ἐλπιζόντων.

100. Ὑπὲρ κάρα πτύει.] Ἐπὶ τῶν ἐπαιρομένων καὶ ὑπερηφανῶν.

CENTVRIA XX.

1. *Aurum ſubæratum.*] De fucatis.

2. *Subiectanea parit.*] Hoc eſt, falſa & imbecillia.

3. *Supra Hyperbolum.*] Litium iudicialium amans ille fuit.

4. *Super aſini vmbra.*] De ijs, qui ſuper re nullius momenti digladiantur. Ferunt Demoſthenem pro reo quodam periclitante defenſionem habiturum, iudicibus non ſatis attentis dixiſſe, Audite, viri, narrationem lepidam. Iuuenis quidam, Athenis Delphos vſque aſinum conduxerat; meridie autem iam inſtante, onus diſſoluens, ſub vmbram aſini ſubijt, repulſus autem ab agaſone; illum non etiam vmbram conduxiſſe dicente; ipſe cum altero in iudicium venit. quo dicto Demoſthenes ex ſuggeſtu deſcendit. Rogantibus autem iudicibus vt finem iudi-

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ Κ'.

1. Ὑπόχαλκον τὸ χρυσίον.] Ἐπὶ τῶν κεκιβδηλευομένων.

2. Ὑπηνέμια τίκτει.] Τὰ ψευδῆ καὶ ἀβέβαια.

3. Ὑπὲρ τὸν Ὑπέρβολον.] Φιλόδικος οὗτος ἦν.

4. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.] Ἐπὶ τῶν ὑπὲρ μηδενὸς χρησίμου φιλοτιμουμένων. λέγουσιν ὅτι Δημοσθένης ἀπολογούμενος ὑπέρ τινος κινδυνεύοντος, οὐκ ἀνασχομένων τῶν δικαστῶν, εἶπεν· Ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, διηγήματός τινος· Νεανίσκος ποτὲ Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς ὄνον ἐμισθώσατο· μεσημβρίας δὲ καταλαβούσης, καταλύσας τὸν ὄνον, ὑπέδυ τὴν σκιὰν τοῦ ὄνου· ἐκβαλλόμενος δὲ ὑπὸ τοῦ ὀνηλάτου, μὴ καὶ τὴν σκιὰν μεμισθῶσθαι λέγοντος, εἰσῆλθον εἰς τὸ δικαστήριον ἀμφότεροι· εἰπὼν ταῦτα ὁ Δημοσθένης κατέβαινεν ἐκ τοῦ βήματος· ἀξιούντων δὲ τῶν δικαστῶν τὸ

τέλος τῆς δίκης μαθεῖν, εἶπεν ἀναβὰς πάλιν ἐπὶ τοῦ βήματος, ὑπὲρ μὲν ὄνου σκιᾶς ἀκούειν, ὦ ἄνδρες, ἐπιθυμεῖτε, ἀνθρώπου δὲ κινδυνεύοντος ὑπὲρ ψυχῆς, οὐδὲ φωνῆς ἀνέχεσθε· τούτῳ καθαψάμενος τῶν κριτῶν, τὸν κατηγορούμενον περιέσωσεν.

5. Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον.] Ἡ παροιμία παρὰ Δεινολόχῳ· ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς εἰς ὄλεθρον ἐμβαλόντων· Δημόκριτος πολύγονα εἶναι ὗν καὶ κύνα· πολλὰς γὰρ ἔχειν λέγει τὰς μήτρας καὶ τοὺς τόπους τοὺς δεκτικοὺς τοῦ σπέρματος. ὁ τοίνυν θορὸς, οὐκ ἐκ μιᾶς ὁρμῆς ἁπάσας αὐτὰς ἐκπληροῖ, ἀλλὰ δίς τε καὶ τρὶς ταῦτα τὰ ζῶα ἐπιθόρνυται· ἵνα ἡ συνεχεία πληρώσῃ τὰ τοῦ γόνου δεκτικά. ἡμιόνους δὲ λέγει μὴ τίκτειν, μὴ γὰρ ἔχειν ὁμοίας μήτρας τοῖς ἄλλοις ζώοις, ἑτερομόρφους δὲ, ἥκιστα δυναμένας γονὴν δέξασθαι· μὴ γὰρ εἶναι φύσεως ποίημα τὴν ἡμίονον, ἀλλ' ἐπινοίας ἀνθρωπίνης καὶ τόλμης, ὡς ἂν εἴποις, μοιχίδιον ἐπιτέχνημα τοῦτο καὶ κλέμμα.

6. Ὗς διὰ ῥόδων.] Ἐπὶ τῶν σκαιῶν καὶ ἀπαιδεύτων Κράτης. ὗν οὔτε ἄγριον, οὔτε ἥμερον ἐν Ἰνδοῖς γενέσθαι λέγει Κτησίας· πρόβατα δὲ τὰ ἐκείνων, οὐρὰς πήχεως ἔχειν τὸ πλάτος που φησί.

7. Ὗς ἐκώμασεν.] Ἐπὶ τῶν ἀσέμνως τι ποιούντων, καὶ παρ' ἀξίαν ἐπαιρομένων ἐπί τισι εὐπραγίαις.

8. Ὗς πότ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισεν.] Θεόκριτος· ἐπὶ τῶν τοῖς κρείττοσι φιλονεικούντων.

9. Ὗς ὀρίνει.] Ἐπὶ τῶν βιαίων λέγεται καὶ ἐριστικῶν.

10. Ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.] Ὅμοιον τῷ Κράτητος· ὗς ἐν βορβόρῳ ἰλυσπᾶται.

11. Ὑφάντου πταίσαντος * ὑπήτης ἐτύφθη.] Ὅτι πολλάκις ἄλλοι μὲν πταίουσιν· ἄλλοι δὲ ἀπολαμβάνουσι.

cij istius discere possent, conscenso iterum suggestu, De asini, inquit, vmbra, viri optimi audire cupitis, homine autem de vita periclitante, ne vocem quidem nostram audire sustinetis. Quo dicto, tactis iudicibus, reum seruauit.

5. *Sus sub fustem.*] Parœmia est apud Dinolochum; de ijs, qui seipsos in perniciem præcipitant. Democritus ait, suem & canem fœcundas esse, quod multas habeant vuluas, locaque semini concipiendo apta. Semen igitur non omnes illas vuluas vno impetu replet, sed bis & ter illa animalia illud emittunt, vt continuatio emissionis, vasa fœtus receptacula adimpleat. Mulas autem ideo non parere ait, quod matrices sicut cætera animalia non habeant, sed alterius formæ; minimè genitali semini recipiendo aptas. Neque enim mula naturæ opus esse, sed humanæ solertiæ atque audaciæ adulterinum inuentum ac furtum, vt ita loquamur.

6. *Sus per rosas.*] De intractabilibus atque indoctis vsurpauit Crates. Suem neque feram neque cicurem in Indijs gigni Ctesias ait: oues autem, quarum caudæ cubiti latitudinem habeant, alibi quoque esse dicit.

7. *Sus lasciuit.*] De ijs, qui inconcinnè aliquid faciunt, quique præter dignitatem ob res aliquas bene gestas efferuntur.

8. *Sus cum Minerua certamen suscepit.*] Theocritus. De ijs, qui cum præstantiori certamen ineunt.

9. *Sus turbat.*] Vsurpatur de violentis & contentiosis.

10. *Sus in cœni volutabro lota.*] Simile isti quoque Cratetis: *Sus in cœno se prouoluit.*

11. *Textore errante Hypetes vapulauit.*] Quod sæpenumero hi quidem delinquunt; illi verò luunt.

Φ.

12. *Phallicum poëma.*] Hoc eſt, extemporaneum: quod ad phallum canebatur. Vſurpatur autem de amantibus. Phallus porrò erat pellis, ad modum membri virilis efformata; quam Græci cum cantu ſibi circumponebant in honorem Bacchi. Ille enim etiam tale membrum ex ficulno ligno dedolatum ex collo ſibi ſuſpendit, amaſij ſui, antequam eo potiretur mortui, amorem hoc modo expians.

13. *Phalaridis imperium & Echeti.*] De ijs, qui crudeliter imperant. Echetus enim Epiri tyrannus fuit, & quidem crudeliſſimus; qui omnis generis ſupplicia tormentaque inuenit. Ad hunc, ſi qui vellent aliquos inſigniter punitos, mittebant. Vt etiam poëta de ipſo ait:

Ad Echetum regem hominum
interfectorem omnium.

Hunc Echetum ferunt, cum filiam ſuam à quodam corruptam didiciſſet; proprijs manibus oculos ipſi euulſiſſe, & ferrum inſtar hordei comminutum illam molere coëgiſſe, dixiſſeque, tum ſe illi oculos redditurum, quando ipſa ferrum iſtud farinam reddidiſſet. Corruptori autem puellæ Æchmodico, cum cætera corporis membra, tum verenda abſcidiſſe. Phalaris talis etiam quidam fuit, nouorum ſuppliciorum inuentor, natione Siculus. Hic Dionyſio tyranno, homini crudeliſſimo & ſuppliciorum inferendorum auidiſſimo, gratificatus, bouem æneum excogitauit, in quem puniendos conjici oportebat, & ignem ſuccendi: vt dum intus illi arderent clamarentque, voce per os tauri tranſcurrente, ipſe taurus exuri mugi-

Φ.

12. Φαλλικὸν ποίημα.] Ἤτοι αὐτοσχέδιον· ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενον· λέγεται ἐπὶ τῶν ἐρώντων· ἦν δὲ φαλλὸς δέρμα ἐσχηματισμένον εἰς αἰδοῖον, ὅπερ ἀμφιετίθεσαν οἱ Ἕλληνες ἑαυτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου καὶ ᾖδον· ὁ γὰρ Διόνυσος σύκινον αἰδοῖον πελεκήσας, περιῆψεν εἰς τὸν ἑαυτοῦ τράχηλον· ἀφοσιούμενος τὸν ἔρωτα τοῦ ἐρωμένου, ὃς ἀπέθανε πρὸ τῆς μίξεως.

13. Φαλάριδος ἀρχὴ καὶ Ἐχέτου.] Ἐπὶ τῶν ἀπηνῶς ἀρχόντων. Ἔχετος τῆς Ἠπείρου ὑπῆρχε τύραννος· οὗτος ὠμότατος ὤν, ἐπενόει παντοίας τιμωρίας καὶ κολαστήρια· πρὸς τοῦτον οἱ θέλοντες ἀφειδῶς κολάσαι διέπεμπον· ὡς καὶ ὁ ποιητὴς περὶ αὐτοῦ·

Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν δηλήμονα πάντων.

Τοῦτόν φασι τὸν Ἔχετον, τὴν θυγατέρα ὑπό του φθαρεῖσαν ἐγνωκότα, ταῖς οἰκείαις χερσὶν ἐκκεντίσαι τὰς ὄψεις αὐτῆς, καὶ σιδηρᾶς ἀλήθειν κριθὰς ἀναγκάσαι· εἰρηκότα, τότε αὐτῇ τὰς ὄψεις ἀποδώσειν, ὅταν αὐτὴ τὸν σιδηροῦν ἄλευρον ποιήσῃ. τὸν δὲ φθορέα τῆς κόρης, Αἰχμόδημον τά τε ἄλλα μέρη περιτεμεῖν τοῦ σώματος, καὶ αὐτὰ τὰ αἰδοῖα· Φάλαρις τοιοῦτός τις ἦν· καὶ οὗτος καινοτέρων κολαστηρίων γέγονεν εὑρετής· ἦν δὲ τὸ γένος Σικελιώτης. οὗτος Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ χαριζόμενος, ὄντι ὠμοτάτῳ καὶ τιμωρητικῷ, ἐπενόησε βοῦν χαλκοῦν, ἐν ᾧ ἔδει βάλλειν τοὺς κολαζομένους καὶ πῦρ ἀνακαίεσθαι· ἵνα ἔνδον ὄντες καιόμενοι καὶ βοῶντες, διατρεχούσης τῆς φωνῆς διὰ τοῦ στόματος τοῦ ταύρου, δόξῃ ὁ ταῦρος καιόμενος μυκηθμὸν ἀποτελεῖν·

πλεῖν. τούτου δὲ τοῦ Φαλάριδος τὸ ἀπάνθρωπον θεασάμενος ὁ Διονύσιος, αὐτὸν τοῦτον ἐνέβαλεν εἰς τὸν βοῦν, καὶ καύσας ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μηχανήμασι· καὶ ταύτην μὲν οὕτως ἔχουσαν εὗρον τὴν ἱστορίαν, καὶ τῇ Ἰωνιᾷ, ὡς εἶχε, προσέθηκα· μὴ μέν τοιγε ἀληθεύουσαν τοῖς προσώποις· οὐ γὰρ Φάλαρις ἦν ὁ τὸν βοῦν ἐπινοήσας τὸ κολαστήριον· ἀλλὰ Περίλαος ὁ Ἀθηναῖος· ὡς ἔστι γε τῷ θέλοντι κατιδεῖν ἐκ τῆς πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῆς τοῦ Φαλάριδος, ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογουμένου· ὃν ὁ Φάλαρις ἐκβαλὼν εἰς τὴν βοῦν κατέκαυσεν ἐλεεινῶς καὶ βύζην μυκώμενον. Περὶ Φαλάριδος καὶ Δωρόθεος δὲ ἐν τῇ πρώτῃ Σικελικῶν, ὧδέ πη λέγει· Φάλαρις Ἀκραγαντίνων τύραννος, ἀπότομος καὶ ἀπαθὴς ὑπάρχων, ξέναις καὶ παρευρημέναις βασάνοις ἔτρυχε καὶ ἐστρέβλου τοὺς ὁμοφύλους. Περίλαος δὲ, τῇ τέχνῃ χαλκουργός, κατασκευάσας δάμαλιν, ἔδωκεν τῷ βασιλεῖ δῶρον· ἵνα τοὺς ξένους εἰς αὐτὴν βάλλων κατακαίῃ ζῶντας. μυκηθμὸν δ' ἡ δάμαλις ἀνεδίδου τῷ φυσικῷ παρόμοιον· Φάλαρις δὲ τότε μόνον γενόμενος δίκαιος, αὐτὸν τὸν τεχνίτην πρῶτον ἐνέβαλεν· ἢ πουγε ἐς τὸν Ἀρχέλαον Ἀθηναῖον τὸ τοῦ Ἡσιόδου ἠλήθευσεν ἔπος, Οἱ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

14. Φασηλιωτῶν θῦμα.] Ἐπὶ τῶν εὐτελῶν τίθεται· Φασηλιώτας γὰρ τάριχον τῷ Κολάβρῳ θύειν φησὶν ὁ Καλλίμαχος.

15. Φάων ὑπάρχεις τῷ κάλλει καὶ τὸν τρόπον.] Ἐπὶ τῶν ἐρασμίων καὶ ὑπερηφάνων· τοῦ γὰρ Φάωνος ἐρασθῆναί φασι τὴν Σαπφώ· οὐ τὴν ποιήτριαν, ἀλλὰ τὴν Λεσβίαν· καὶ ἀποτυγχάνουσαν ῥίψαι ἑαυτὴν ἀπὸ τῆς Λευκάδος πέτρας. τῷ δὲ Φάωνι βίος ἦν περὶ πλοῖον εἶναι καὶ θάλατταν· πορθμὸς ἦν θάλασσα. ἔγκλημα δὲ οὐδὲν παρ' οὐδενὸς ἐκομίζετο. ἐπεὶ καὶ μέτριος ἦν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων μόνον

tumque efficere videretur. Dionyſius autem conſpecta Phalaridis huius immanitáte, ipſummet in taurum coniecit, incenſumque ſuis artibus interemit. Quam hiſtoriam ita ſe habentem inueni, & Ioniæ noſtræ eodem modo adiunxi; non tamen veram, ſi perſonas ſpectes. Neque enim Phalaris bouem illum ad ſupplicia excogitauit: ſed Perilaus Athenienſis, vt volentibus videre licet, ex epiſtola Phalaridis ad Athenienſes miſſa, dum ſeſe illis ſuper hac re purgat. quem Phalaris in bouem conjiciens exuſſit, miſerabiliter & multum mugientem. De Phalaride etiam Dorotheus libro prîmo rerum Sicularum ita refert. Phalaris Acragantinorum tyrannus, crudelis & immanis quum eſſet, nouis excogitatiſque ſupplicijs contribules ſuos attriuit diuexauitque. Perilaus autem, arte faber ferrarius, iuuencam à ſe confectam donum regi obtulit, quo hoſpites in illam coniectos viuos exureret. Mugitum autem iuuenca illa reddebat naturali adſimilem. Phalaris porrò tunc ſolum iuſtus redditus, ipſum artificem primum in illam iniecit. Nimirum illud Heſiodi in Archelaum Athenienſem verum extitit: *Qui damno imminet alterius, ſibi comparat ipſi.*

14. *Phaſeliotarum ſacrificium.*] De vilibus ponitur. Phaſeliotas enim ſalſamentum Colabro, ſeu Porcello, Deo, ſacrificare, Callimachus ait.

15. *Phaon es & forma & moribus.*] De amabilibus quidem ſed tumidis. Ferunt enim Sappho, non poëtriam illam, ſed Leſbiam, Phaonis amore fuiſſe captam, votoque ſuo deſtitutam, ex Leucade ſaxo ſeſe præcipitaſſe. Phaoni autem hoc vitæ genus colebatur, vt apud nauem & mare, quod illic fretum erat, verſaretur; ea animi modeſtia, vt à nemine vllam reprehenſionem reporta-

ret: quod ab iis solum, quibus suppeteret pretium transuectionis acciperet. Vnde admirationi mores eius Lesbiis fuerunt. Laudat hominem dea Venus, quæ cum formam humanam sub mulieris vetulæ specie induisset, cum Phaone de nauigatione colloquitur, cui ille celeriter subseruiit & traiecit, nullum præmium ab illa petens. Quid porrò post hæc dea in hominem hostimenti contulisse fertur? senem iuuenili ætate & pulchritudine remuneratur. Hic ille Phaon est, in quo Sappho amorem suum sæpius sanguinem reddidit.

16. *Gerit & gallina lac.*] De valdè fortunatis.

17. *Solatium adfert dolore affecto, eodem dolore laborantium participatio.*]

18. *Tactus Pheraulas neutiquam cessit retro.*] De maxime difficilibus & constantissimis ad ea in quibus sibi elaborandum statuerunt. Cyrus enim post Babylonicam expeditionem victimasque holocaustas cum Ioui tum aliis Diis immolatas, cum amœna esset regio ex qua exercitum educebat, metam ad quinque ferè stadiorum spatium designauit, & vt fortiter equos suos tributim emitterent, edixit. Ipse cum Persis inuectus, victoriam adeptus est. Maximè enim ipsi res equestris curæ fuerat. Artabazus verò quem equo Cyrus donauerat, inter Medos vicit: inter Syros omnes, Gadates filius Hipparchi: inter Sacas denique, equo suo cæteros equites post se dimidii ferè curriculi spatio reliquit. Ibi Cyrus ab adolescentulo quæsiuisse fertur, num pro equo regnum habere vellet; illum autem respondisse, regnum equidem accipere nollem, verùm beneficium apud virum probum collocare mallem. Cui Cyrus, Ego verò, inquit, tibi ostendere locum volo, vbi si vel conniuentibus oculis ferias, non aberres à viro probo. Cui Sacas, ostende ergo mihi,

ἐδέχετο· θαῦμα ἦν τὸ τοῦ τρόπου παρὰ τοῖς Λεσβίοις· ἐπαινεῖ τὸν ἄνθρωπον ἡ θεός. Ἀφροδίτην λέγουσι τὴν θεὸν, καὶ ὑποδῦσαι θεὰν ἀνθρώπου γυναικὸς ἤδη γεγηρακυίας μορφὴν τῷ Φάωνι διαλέγεται. ταχὺς ἦν ἐκεῖνος καὶ θεραπεῦσαι, καὶ διακομίσαι, καὶ μηδὲν ἀπαιτῆσαι· τί οὖν ἐπὶ τούτοις ἡ θεός; ἀμεῖψαί φασι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀμείβεται νεότητι καὶ κάλλει τὸν γέροντα. οὗτος ὁ Φάων ἐστὶν ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις αἷμα ἐποίησεν.

16. Φέρει καὶ ὄρνις γάλα.] Ἐπὶ τῶν ἄγαν εὐδαιμόνων.

17. Φέρει παραμυθίαν ὀδυνωμένῳ κοινωνία τῶν στεναγμῶν.]

18. Φεραύλας βληθεὶς, οὐδαμῇ μετεστράφη.] Ἐπὶ τῶν σπουδαιοτάτων καὶ ἐπιμονωτάτων, οἷς εἵλοντο κοπιᾶν· ὁ γὰρ Κῦρος μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐξήλασιν, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ Διῒ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ὁλοκαύτωσιν, καλοῦ ὄντος ἐν ᾧ ἐξήλασεν χωρίου, ἔδειξε τέρμα ὡς ἐπὶ πέντε σταδίων χωρίου, καὶ εἶπε κατὰ φῦλα ἀνακράτος ἐνταῦθα ἀφιέναι τοὺς ἵππους· σὺν μὲν οὖν τοῖς Πέρσαις αὐτὸς ἤλασε, καὶ ἐνίκα. πολὺ μάλιστα γὰρ ἐμεμελήκει αὐτῷ ἱππικῆς· Μήδων δὲ Ἀρτάβαζος ἐνίκα (Κῦρος γὰρ τὸν ἵππον ἐδεδώκει αὐτῷ·) Σύρων δὲ τῶν πάντων Γαδάτας ὁ υἱὸς τοῦ Ἱππάρχου· Σακῶν δὲ, ἰδιώτης ἀνήρ. ἀπέλιπε δὲ τῷ ἵππῳ τοὺς ἄλλους ἱππεῖς, ἐγγὺς τὸ ἥμισυ τοῦ δρόμου· ἔνθα δὴ λέγεται ὁ Κῦρος ἐρέσθαι τὸν νεανίσκον εἰ δέξαιτ' ἂν βασιλείαν ἀντὶ τοῦ ἵππου· τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι βασιλείαν μὲν οὐκ ἂν δεξαίμην, χάριν δὲ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καταθέσθαι δέξαιμι ἄν· καὶ ὁ Κῦρος εἶπε· καὶ μὴν ἐγώ σοι δεῖξαι θέλω, ἔνθα κἂν μύων βάλῃς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. πάντως ὁ Σάκας ἔφη, δεῖξόν μοι·

ὡς

ὡς βαλῶ γε ταύτῃ τῇ βώλῳ ἀνελόμενος· καὶ ὁ μὲν Κῦρος δείκνυσιν αὐτῷ ὅπου ἦσαν πλεῖστοι τῶν φίλων· ὁ δὲ καταμύων ἵησι τῇ βώλῳ, καὶ παρελαύνοντος Φεραύλα τυγχάνει. ἔτυχε γὰρ ὁ Φεραύλας παραγγέλλων τι ταχθὲν ὑπὸ Κύρου· βληθεὶς δέ, οὐδὲ μετεστράφη, ἀλλ᾽ ᾤχετο ἐφ᾽ ὅπερ ἐτάχθη· ἀναβλέψας δὲ ὁ Σάκας, ἐρωτᾷ τίνος ἔτυχεν· οὐ μὰ τὸν Δία ἔφη ὁ Κῦρος οὐδενὸς τῶν παρόντων· ἀλλ᾽ οὐ μέντοι, ἔφη ὁ νεανίσκος, τῶν γε ἀπόντων· ναὶ μὰ Δία, ἔφη ὁ Κῦρος, σύ γε ἐκείνου τοῦ παρὰ τὰ ἅρματα ταχὺ ἐλαύνοντος τὸν ἵππον· καὶ πῶς, ἔφη, οὐ δὲ μεταστρέφεται; καὶ ὁ Κῦρος ἔφη· μαινόμενος γάρ τίς ἐστιν, ὡς ἔοικεν· ἀκούσας ὁ νεανίσκος, ᾤχετο σκεψόμενος τίς εἴη· καὶ εὑρίσκει τὸν Φεραύλαν, γῆς τε κατάπλεον τὸ γένειον καὶ αἵματος· ἐρρύη γὰρ αὐτῷ ἐκ τῆς ῥινὸς βληθέντι· ἐπεὶ δὲ συνῆλθεν, ἤρετο αὐτὸν εἰ βληθείη· ὁ δὲ ἀπεκρίνετο, ὡς ὁρᾷς· δίδωμι τοίνυν σοι, ἔφη, τοῦτον τὸν ἵππον· ὁ δ᾽ ἐπήρετο ἀντὶ τοῦ· ἐκ τούτου δὴ διηγεῖτο ὁ Σάκας τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος εἶπεν· οἶμαί γε οὐχ ἡμαρτηκέναι ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. καὶ Φεραύλας εἶπεν· ἀλλὰ πλουσιωτέρῳ μὲν ἂν εἰ ἐσωφρόνεις ἢ ἐμοὶ ἐδίδως· νῦν δὲ κἀγὼ δέξομαι. ἐπεύχομαι δὲ πᾶσι τοῖς θεοῖς, οἵπερ με ἐποίησαν βληθῆναι ὑπὸ σοῦ, δοῦναί μοι ποιῆσαι, μή σε μεταμέλειν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς, καὶ νῦν ἔφη ἀπέλασον ἀναβὰς ἐπὶ τόνδε τὸν ἐμὸν ἵππον· εὐθὺς δ᾽ ἐγὼ παρέσομαι πρός σε.

inquit, quomodo ſublata hac gleba ita ferire poſſim. Tum Cyrus ei commonſtrat, quo loco multi amici ſimul erant. Ille autem ſemiclauſis oculis cum gleba pergit, & illa Pheraulam præteruectum attingit. Nam ille à Cyro quippiam ſibi iniunctum, nunciatum ibat: percuſſus autem, nec ſe conuertit quidem, ſed quo illi præſcriptum erat perrexit. Apertis mox oculis, Sacas quemnam contigiſſet interrogat. Per Iouem, inquit Cyrus, neminem eorum qui hic præſentes ſunt. Sed nec abſentium quenquam, inquit adoleſcens: imò verò, Hercle, inquit Cyrus, illum qui propè currus illos equum velociter agitat: Et qui fit, inquit, quod ſe non conuertit? Cui Cyrus, nimirum furioſus quiſpiam eſt, vt apparet. Quo audito adoleſcens, viſurus quiſnam eſſet abiuit, & Pheraulam reperit: cui barba terræ ac ſanguinis, qui ipſi ſauciato ex naribus eſſluebat, plena erat. Ad quem cum acceſſiſſet, num à ſe percuſſus eſſet quærebat. Vt vides reſpondit ille; Ergo, inquit, tibi equum hunc dono. Cuius, inquit, rei gratia? Hic iam Sacas deinceps rem totam illi enarrabat, ac tandem, Non puto me, ait, à viro bono aberraſſe. Pheraulas autem At, inquit, ditiori me, ſi ſaperes, illum dediſſes, nunc verò & ego accipio & Deos omnes rogo, quibus volentibus factum eſt, vt abs te ferirer, facultatem vt mihi dent efficiendi, ne te huius doni tui pœniteat. Et nunc age, meum equum conſcendens diſcede; ego verò ſtatim me tibi ſiſtam.

19. Φιλεῖν ἀκαίρως, ἴσον ἐστὶ τῷ μισεῖν.]

19. *Amare ineptè, nil ab odio diſcrepat.*]

20. Φιλοτιμοῦνται ὡς Μεμφῖται ταῖς τῆς Ἴσιδος πλοκάμοις, καὶ Θηβαῖοι τοῖς τοῦ Γηρυόνου ὀστέοις, καὶ Τεγεᾶται τῷ τοῦ Καλυδωνίου δέρματι.

20. *Gloriantur tanquam Memphitæ Iſidis cincinnis, Thebani Geryonis oſſibus, Tegeatæ apri Calydonij corio.*]

21. Φιλία παρδάλεως.] Ἐπὶ τῶν πιστοτάτων φίλων· Πάρδαλιν γὰρ ἐκ νηπίου-

21. *Pardalis amicitia.*] De maximè fidis amicis. Pardalin enim à paruulo venator

nator cum cicuraſſet, eius amaſij curam gerebat. Proinde allatum hœdum viuum illi obiecit, præter cibum etiam voluptatem aliquam illi feræ ex dilaniatione hœdi excogitare cupiens; dum illa non antea extinctum quid aut morticinum ſibi edere videretur. Apportato igitur hœdo ille abſtinuit, quod propter expletionem inedia vti neceſſe haberet; idemque etiam poſtera die fecit, quod etiam tum fame tanquam pharmaco indigeret. Tertio autem iam die eſuriebat quidem, idque conſueta voce indicabat, hœdum tamen illum, cui ille biduo duntaxat amicus fuerat, nondum tangere voluit: ſed illo omiſſo alium ſumpſit. Homines interim etiam fratres produnt & parentes ac veteres amicos. Ferunt pardalin, admirabilem quandam odoris ſuauitatem in ſe habere, nobis quidem occultam, ipſe autem muneris ſibi dati præſtantiam nouit, quam nec cætera animalia ignorant. Vnde & capiunt hoc modo. Pardalis cibo egens, in loco fruticibus aut folijs denſo ſeipſum occultat, ita vt conſpici nequeat, ac ſolum reſpirare poſſit: tum hinnuli capræ ſilueſtres, & id genus animalia ſuauitate odoris, tanquam illecebra capta, proprius accedunt, quibus illa inſiliens, venatione ſua potitur. Pardalis Carica & Lycia non eſt quidem iracunda & ſaltui admodum apta: quippe corpore oblongo: haſtis tamen ac lanceis vulnerata reſiſtit, neque facilè ferro cedit. Iuxta Homericum illud:

Fixa etiam ferro, non pugnam Iuno relinquit.

22. *Amans quæ non oportet, non amabis quæ oportet.*] Inexplebilis enim libido, ac proinde etiam indigens, dubiaque. Clitarchi.

23. *Philippi gallus gallinaceus.*]

ἐναντίως (sic malim, quàm vt nunc editur ἐναντίος) ὀπισθαμβλὺς κομίζων σκευοφόρον, καὶ τὴν μυρσίνην καὶ τὸν λαγωὸν, καὶ ἀνάκειται ἐν τῷ ἀνακείῳ. *Polygnoti*, ait, *pictoris asinus pictus est, in partem aduersam conuersus, calonem seu sarcinam militarem super se portans, & myrtum, & leporem: positusque est in fano Castoris & Pollucis.*

40. Πολλῶν ὁ λιμὸς γίνεται] Iuxta Persij illud:

Quis expediuit psittaco suum χαῖρε;
Magister artis ingenijque largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

Supra Adag. 7. Πενίη σοφίην ἔλαχεν.

41. Δούρειον ἵππον] Ἱππόκομος legend. pro Ἱππόκομος) εἴρηκε τοῦτο Θεμιστοκλῆς, ex Plutar. in eius vita. Porro Troiam equus ille ligneus ab Epeo fabricatus, militibus callidæ suffertus per dolum occupauit, siue equus ille, siue machina fuit bellica; ab Aristophane *Durius*, ab Homero δουράτεος dictus libr. VIII. Odyss. & à Lucretio libr. 1. vt à Valerio Flacco libr. 2. Argonauticωn ex Apollonio Rhodio *Duria castra*, quæ *Doria* vulgo: vt Politanus cap. v. Miscellan. obseruat.

50. Πολλά με διδάσκεις] Philemon hic Comicus fuit: qui postquam magnum Regem suo illo sale perstrinxisset, casu ab illo captus, pila ac talis tamquam puerulus mentis expers donatus, ab eodem impunè dimissus est. Plutarchus hor. de ira cohibenda. Idem in scena certans obijt. vt refert idem Plutar. libr. An seni gerenda Resp. Vide & Girald.

51. Ἐπὶ τῶν ὀπισθόβολως] In Suida mendose legitur ὀπισθόβολης.

56. Πολύποδος ἐμεσιτης] ἐμεσιτης est in Vaticana Appendice ad Zenobium, at perperam. Hic ex Æliano de Polypo deesse Græca videantur.

57. Τοῦτο τὸ ζῶον] Ex Æliano libro XVI. de Animalibus capite XI. vbi legit aliter paulo: καὶ μέλαιναν ἀμπεπλ. χρόαν, pro μελαίνης χρόας.

58. Ὁ γὰρ ἐλυκοκλώπης] Ex eodem Æliano libro 1. capite 45. de Animal.

60. Τινὲς τὸν οἶνον εἶπον ἀρταμιώμιον] Legend. ἢ ἀρταμιώμιον, aut πραμνειον, vt Etymologista habet. alias ἀρτανόμιμον. Homerus vero Πράμνειον vocat vinum. Τινὲς ἀπὸ ἀμπέλου, vt apud Athenæum Didymus. apud quem, vt & Suidam, φαρμακίτην nominari video, pro φαρμακίτην. Eadem Eustathius in Iliad. λ'. vers. 638. ex Athenæi lib. 1. Δειπνοσ.

62. Προδίκου τοῦ Κίου] Ita vitiose etiam scriptus cod. μονοφθόγγως. Repone Κέου. Clemens Alexand. eius meminit lib. 2. Pædag. cap. 10. Xenophon, Cicero 1. offic. Suidas & alij.

64. Πρὸ ποταμῶν] Prouerbium vnde sumpserit ignoro: aperta sententia. Non esse substringendas vestes antequam flumen adsit, quod vadetur. Huc refer superiora: 61. Πρὶν ἢ πλῦσαι &c. Et 78. Πρὶν σοῦ ἰχθύας ἑλεῖν, τὴν ἅλμην κυκᾷς. Et Latinis: Ne triumphum ante victoriam.

65. Πρύμναν ἄκρ.] Greg. Nazianz. Orat. funebri in laudem Basilij M. πρύμναν ἀκρουσάμην. De ἀνακρούεσθαι Herodot. Vrania: οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο. Et: ὦ δαιμόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμναν ἀνακρούεσθε; Ibidem.

68. Λέγεις] alias ζῇς.

69. Ἱεροῦ γὰρ] Idem mendum in cod. scripto. Repone Οὐέῤῥου ex Plutarch. in Apophth. Rom. Vide & Ciceronis loca lib. 2. de Oratore, apud Macrob. lib. 11. Saturnal. & Senecam Rhetorem. Verrinis orat. nihil notius, dicteriis in illum iactatis.

71. ἄκοντα] Puto ἀκόντια: & forte commissum vitium è scribendi modo, quo ι litteræ τ includebant. Suidas tamen & Diogenianus, vt noster & Hesychius, ἀκόντων, ἀκοντίων, δοράτων. Ceterum de Procridis iaculo Cephalo dato Ouid. etiam lib. VII. Metamorph. Fab. XXVI. ver. 684.

Consequitur quodcumq; petit, fortunaq; missum
Non regit, & reuolat nullo referente cruentum.

In quem locum Mariangelus Accursius in Diatriba, adfert C. Plinij è lib. XXIV. cap. 13. de aquifolia factum baculum: pro quo *iaculum* reponendum censet. Porro Suidas Cent. XII. Adag. 17. Ἐπὶ τῶν πάντων τυγχανόντων exponit, pro quo hic τῶν πάντα νικώντων: & mox, pro πάντα ἐνίκα, ibi πάντα ἐθήρα. Eustathius in Odyss. λ'. explicat ἐπὶ τῶν εὐστόχως ἀκοντιζόντων, καὶ μὴ ἀποτυγχανόντων. Suid. hic pro τοῦτον γὰρ, habet ποῖον γὰρ ἔχουσα ἡ Πρόκρις, πάντα ἐνίκα.

73. Πρὸς Κώρυκον γυμνάζεται] Hinc apud Hippocratem Περὶ διαίτης, Κωρυμαχίη, exercitationis genus cum folle vel pila. de hac singulari libello Galenus: de illa in Gymnasticis Hieron. Mercurialis. Suidas etiam reticulum pane excipiendo interpretatur. Hesychio vas coriaceum, simile vtri: alij etiam eodem testante, nauigium & lanceam exponunt. Sed Κόρυκον in scripto Apostolio esse potest deprehendi, quem ἀθλητὴν facit Aristot. 3. Rhetor. cap. 17. Apud Suidam mendose quoque Κόρικον editur.

75. Πρὸ τῆς] Plato vtitur in Lyside, & in Theæteto: Πρὶν νενικηκέναι ᾄδειν ἐγκώμιον.

79. πρὸς

79. πρὸς κενὸν ψάλλεις] Suid. πρὸς κενήν. Diogenian. vt noster. Huic simile ait Suidas, Πρὸς ἐρρωγυῖαν ᾄδεις, *Ad fractam canis*, siue chordam siue citharam. Nota è Strab. fabula cicadæ aduolantis, & ex Alciati ICti. summi Emblemate.

80. Εἰς φιλίαν ἔλθῃ τὸν] Desider. legit ἐλθοῖεν. Mox pro χερσαίυ, Diogenianus χέρσυ, vitiose opinor.

86. Πρὸς κέντρα λακτίζειν] Supra quædam attulimus Cent. VII. 59. quæ non repeto, ex Actis Apost. 9. cap. v. 9. Vtitur Eurip. in Bacchis, Pindarus Pythiacis, Oda 2.

87. συνάπλυσι μάχας] ἄπλυσι μάχην Suid.

90. Πτωχότερ© Κιγκάλυ] Cincalus siue Cinclus, auicula est, teste Hesychio, & Suida, valde exilis, caudam continuo motitans: à quo & κιγκλίζειν pro *concutere*. Hinc nonnulli etiam σεισοπυγίδα vocant. Ælianus lib. XII. Animal. cap. 9. adeo debilem esse, vt nidum sibi construere nequeat, & propterea in alienis oua ponere. Hinc etiam bonorum omnium inopes, rusticorum Prouerbio *Cinclos* nominari, vt hodie vagos homines & agyrtas *Cingalos* Itali hodieque appellant. Menander in Thaide est vsus:

> Πτωχότερ© εἰ λιβηρίδ© καὶ κιγκάλυ
> *Mendicior leberide atque Cincalo.*

91. Τὸν ἀετὸν] Ex Æliano lib. IX. cap. 2. Quod porro de *aquilæ plumis* dicitur, etiam Theophylactus Simocatus verum esse testatur Problemate 2. Et C. Plin. lib. X. cap. 3. Aquilarum pennæ mistas reliquarum alitum pennas deuorant.

92. Πίσσε πίσσε] Anaxarchum Democritium à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus, ait M. Tullius 3. de Natur. Deor. & Tuscul. 2. Val. Max. lib. III. cap. 3. & in Ibin Ouidius. Citat Dion Chrysost. orat. Corinthiaca: Nazianz. Steliteut. 1. & Epist. 2. ad Eudoxium Rhetorum. item ad Philagrium, 59. Clemens Alex. 4. Stromateo. Philo breuius: Πίσσε τὸν Ἀναξάρχυ ἀσκόν· Ἀνάξαρχον γὰρ οὐκ ἂν δύναιο. *Archelaum* hic tyrannum Cypri nominat, Cicero ibid. *Nicocreonta*, & Plutar. lib. de Virtute morali. *Aristocreontem* vero Origen. contra Celsum. Πτισάνην autem ἐκ τῦ πίσσειν καὶ αἰνεῖν deriuat Eustath. in Iliad. κ'. pag. 301. Rom. edit. & pag. 437. ab αἰνεῖν ait, è Pausaniæ Lexico. Πτισάνη etiam vnico σ ab Areta scribitur lib. 1. cap. 10. Therapeut. acutor. morb. vt me doctissime monuit, amice datis Augusta Vindelic. litteris, Hœschelius.

98. κυάμυς] Fabis cur abstinendum, Plutar. de liberis educandis, & Quæst. R. 92. Clem. Alex. lib. 3. Strom. fuse: Agellius, c. 11. Laërt. in Pythagoræ vita. Suid. καὶ κυαμοτρώξ.

99. ἐπὶ δαλῷ] Sic noster scriptus. Aliter Diogenian. & Accessiones Vaticanæ ἐπὶ δαλόν

100. Πυλωρὸς κακὸς] Malim πυλωροὶ κακοί. Ita enim Plutar. in Problematis.

CENTVRIA XVII.

ADag. 1. Πυγμαῖα] Suid. Πυγμαίων, & Eustath. in Odyss. τ'. Ἀκροθίνια autem hic pro spolijs siue exuuijs hosti detractis accipi videntur potius quam pro frugum primitijs, vt vult Eras. Legendi Hesychius, Suidas & Eustath.

3. Πῦρ ἐπὶ πῦρ] ἐπὶ πυρὶ Suid. melius. Hesych. vt noster. Platonis autem locus 2. de Legib.

4. Πῦρ εἰς ἀκαίθας] ὑπ' ἀκαίθαις Diogenianus. Par huic: Πῦρ ἐπὶ δαλὸν, καὶ πῦρ ἐγγὺς καλάμης.

6. Ἐπὶ τῶν γυμναζομένων] Tradit Eustath. in Iliad. ν'. Persas non secus tripudiare quam equitare didicisse, quod vtroque corporis robur exerceri arbitrarentur. Addit & hoc: Antiocho magno moris fuisse in conuiuio ad arma vna cum amicis saltare: eratque hæc πολεμικὴ ὄρχησις καὶ πυῤῥίχη: quam licet proprie pueri armati saltabant, tamen Polysperchon vir bellica laude & dignitate nemini secundus, etiam senex, exercebat. Fuit etiam χειρονομία appellata, eodem testante Eustathio, diuque apud Lacedæmonios durauit. Vide & Hesychium & Suidam copiose de triplici tripudij genere agentem, & post Lucianum etiam περὶ ὀρχήσεως nostra ætate doctiss. Io. Meursium.

7. ἢ κυνὸς] per canem iurat Socrates in Phædone Platonis.

8. Ὄνειον γὰρ ὄρος ἐστί] Strabo libr. VIII. Geogr. τὰ ὄνεια ὄρη vocata ait, & à saxis Scironijs & itinere, quod ab his in Atticam & vsque in ipsam Bœotiam protendi. Suidas male τὸ ὄρειον. Hesychius vt hic, & Corinthi montem facit.

9. --ρανὶς ἐνδελεχοῦσα Κειλαινῇ πέτραν] Quid ἐντελέχεια in Animi definitione, disputant Philosophorum filij. Themistius libris de Anima, Budæ. Comm. Ling. Græc. Basilius Cæsar. alibi, τὸ γὰρ ἐνδελεχὲς τὸ πυκνὸν καὶ συνεχές. Plura ad Cicer. 1. Tuscul. & Politianus, ac denique libr. IIII. Tullianar. Quæst. Schottus noster. Vtitur Prouerbio Nazianz. orat. funebri in parentis laudem, Isid. Pelusiota lib. II. epist. 284. Zonaras procœmio Histor.

10. Ῥαμνουσία Νέμεσις] In Rhamnunte tribu dicata, ait Hesych. idque è solido lapide. Noster è Suida descripsit, vt pleraque alia Prouerbia. Eustath. in Iliad. β'. meminit Adagij. Suidas pro βασιλεύουσαν, βασιλεύσασαν habet, & μετάρχης pro Ἐπάρχης.

11. Ῥαμνού-

11. Ῥαμνούσιος εἶ] male in Suida Ῥαμνὸς legitur: qui addit, in Rhamno pago (Plutar. in x. Oratorib. *tribu Rhamnusius* dixit) Antiphontem vnum è decem Græciæ Oratoribus floruisse: quem multi imitantes Prouerbio huic occasionem dederint, vt *Rhamnusij* viri boni vocarentur.

12. Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω] Menelai dictum apud Homerum Iliade ρ'. vers. 32. vbi Eustathius consulendus, qui ex huius Parœmiæ fonte manasse ait dictum illud nescio cuius:

Ἔγνωκα δ' ἡ τάλαινα συμφορᾶς ὕπο·

Noui misella iam meo docta ex malo.

19. Ῥόδα μ' εἴρηκας] Eadem translatione qua Plautus in Pœnulo vsus, *mulsa loqui.*

21. Ῥόδον παρελθών] Vitam rosæ comparatam fugacem ait. Iuxta illud distichon;

Τὸ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον· ἢν δὲ παρέλθῃ,
Ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον, ἀλλὰ βάτον.
Verna breui rosa flore nitet: simul ille recessit,
Non rosa quærenti, sed rubus asper erit.

Et de vitæ fragilitate:

Τῆς ὥρας ἀπόλαυε, παρακμάζει ταχὺς αἰών·
Ἓν θέρος ἐξ ἐρίφου τρηχὺν ἔθηκε τράγον.
Vtendum est ætate, cito pede labitur ætas:
Aestas ex hædo fecerit vna caprum.

22. Ῥόδιοι τὴν θυσίαν] Vide Prouerb. Λίνδιοι τὴν θυσίαν. *Lindus* enim Rhodi vrbs est.

23. Ῥωπικὸν ὤνιον] Ῥῶπος, inquit Eustathius Iliad. ν'. λεπτὸς καὶ ἁπλῆς φόρτος, *parua atque exigua rei sarcina*, ex varijs tamen constans: quam veteres γέλγην appellabant. Hinc ῥωπικὰ, teste Hesychio, τὰ παρεμπορεύματα, *rei emptæ additamenta.*

24. Σαλαμινία ναῦς] Harum duarum nauium frequens mentio in Thucydide, vt lib. III. Locus de Alcibiade est lib. VI. Peloponn. belli. Hesychius, *Salaminiam* ait fuisse vnam duarum sacrarum navium. An forte & illa quæ eodem die, quo Socrates est condemnatus, appulerat. Vide Phædonem, Platonis initio. De *Paralo* Suid. copiosè.

25. ὡς πολυγράμματος] Hac notarum seruis inustarum inscriptione Theophanes & Theodorus ab impio Theophilo affecti, teste Georgio Cedreno in Annalibus. Vnde illi ad Methodium ab eodem carceri subterraneo inclusum, his Iambis lepide luserunt.

Τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πολοῦντι τὸν πόλον
Γραπτοὶ γράφουσι, δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.

 Viuo

Viuo cui mors, cuique vita est mortuo,
Cui terra sedes, & simul polus, notant
Vincto reuincto has litterati litteras.

Quibus ille eadem respondet venustate:

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανοῦ κλυτογράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους
Προσεῖπεν ὁ ζώθαπτος ὡς συνδεσμίους.
Quorum libris iam nomina in cælestibus,
Quorum exarata frons decentibus notis,
Viuus sepultus alloquor vinctos simul.

M. Plautus in Casina eâdem translatione: *Si hic litteratus me sinat.* Porro ex Plutarcho in Pericle & Hesychio, legendum: Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος, *Samiensium quam litterata est ciuitas.* Ibidem: Σαμαίνα δὲ Hesychius, nisi subsit mendum, Σαμίας ναῦς appellat, totasque constratas fuisse ait, & peculiarem quampiam ab alijs constructionem habuisse, teste Didymo; alueo nempe laxiore, rostris in similitudinem rostri porcini, prora in modum piscis conformatis. De quibus hunc citat versum:

Ναῦς δέ τις ὠκύπορος Σαμία, ὑὸς εἶδος ἔχουσα.

26. Σὺ δὲ ἔσθιε] Suid. σὺ δὲ ὦ ξένε ἔσθιε, καὶ πῖνε, καὶ παῖζε. Plutar. lib. II. de fortuna Alexandri & virtute, hoc pacto eius monumento inscriptum fuisse ait:

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα.

Duo integri versus ab alijs referuntur.

Κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ σὺν ἔρωτι
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Quos Tullius lib. v. Tusculanarum ita vertit:

Hæc habeo quæ edi, quæque ex saturata libido
Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.

Multa de hoc monstro Iustinus lib. 2. & Lælius Bisciola Tom. I. Subsiciuar. horarum. Ἀγχιάλην autem rectius in M. sc. quam in edito Ἀγχίαλον, ex auctoritate Athenæi lib. XII. Strabonis lib. XIV. & Steph. de Vrb.

27. καὶ πέλαγος] de Saronico mari Strabo lib. VIII. Geogr. Σάρων, regionis nomen, I. Paral. 27. Ibidemque & Isaiæ 33. Σαρωνίτης.

28. Σαρδώνιος γέλως] Sic Procopius lib. IV. de bellis Gothicis: Σαρδιανὸς Plutar. Et ἡ Σαρδονία λεγομένη πόα, Dioscorides lib. 6. cap. 14. καὶ ὁ Σαρδόνιος γέλως, ibidem. multaque Hesiodi Scholiastes Tzetzes. Καὶ λίθος Σαρδῷ Luciano lib. de domo, & compositum σαρδόνυξ, ὄνυξ ὁ σαρδῷος eidem Sophistæ: vt monuit Hœschelius Augustanus. Dioscoridi

ridi ergo per ο μικρὸν, & Platoni lib. I. de Repub. ἀνεκάγχασε μάλα Σαρδόνιον. Hic vero in cod. scripto per ω, σαρδώνιον.

29. ἐν θεάτρῳ] Hic præmittenda vocula φασί, etiam in Suida, vnde hæc fere descripta. Porro in Zenobio est pro σαυτὸν σαυτήν, & loco vltimæ dictionis ποτὲ habet γυναῖ.

31. ἐν νησίῳ] νησιδίῳ lego. Versus Prouerbialis etiam apud Hesychium legitur. Porro quod ait antea, etiam animalculum esse, confirmat & Eustath. in Odyss. μ'. Aristotelis lib. IX. Animal. cap. 40. auctoritate. Vocem vero habere præsagam atque vaticinam à sacro quodam sapiente asseri ait, credo à Iob. cap. 30. v. 29. Synesius Epistola 146. Nam de Sirene machina, suauissimam sub terra vocem edente, Archimedis inuentum, sunt, qui locum Plutarchi in Marcello capiant: qua ita ille delinitus fuit, vt ne corporis quidem vitæque curam habuerit. Ibidem: εἶχον δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θώρακος: ex Suida malim: εἶχον δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ θώρακος καὶ ἄνω εἶδος γυναικῶν· τὰ δὲ κάτω στρουθῶν.

32. σεισάχθεια] Plutar. in Solone sub finem: idem in Politicis præceptis. vide Hesychium, & in Comment. Ling. Græcæ G. Budæum. Χρεωκοπίαν vocat & Philo Iudæus, Cyrillus χρεῶν ἀποκοπήν.

36. Στήπινον γερόντιον] Alias στυππεῖον γερόντιον. *Stuppeus seniculus*. Diogen. στύππινον vt inf. Adag. 59.

37. ἐξ ἐπιγράμματος] Apud Latinos Ausonij Galli est epigramma de lapidibus:

Mors etiam saxis marmoribusq; venit.

Vel respexit ad illud Adagium sup. 9. de gutta, cauante lapidem.

38. ὑποπελέμψα] Male in Suidæ collectaneis ὑποπελόμψα editum,

39. Σικελὸς στρατιώτης] Zenobius & Hesychius, nihil amplius. in expositione tamen Prouerbij, Hesychius cum nostro facit, vt & Zenobius, sed dimidia parte hic mutilum esse constat, ex Hesychioque restituendus est, atque adeo ipse est emendandus: Σικελὸς στρατιώτης, παροιμιῶδες· ἐπεὶ ξένοις ἐχρῶντο στρατιώταις, ὡς ἐπὶ πολὺ οἱ περὶ τὸν ἱέρωνα τὸν τύραννον. Hactenus recte. Sequitur: ὡς διορθουμένων αὐτῶν, τὸν μισθὸν μηδενὸς δὲ αὐτοῖς διδόντος.

42. Σικελικὴ τράπεζα] *Siculas dapes* alibi Horatius celebrat. legend. Athenæus lib. XII. Siculas mensas & Syracusanas taxat Plato lib. III. de Rep. Meminit Cic. lib. II. de Finib. & V. Tusculana.

43. Σίλφιον Βάττου] Sup. *Batti Silphium*: vbi exponitur de iis qui raros honores consequuntur.

45. Σκιὰ ἀντὶ σώματος] Huic parœmiæ explicandæ facit Apologus de cane frustum carnis gestante, eiusque vmbra in aqua conspecta id dimittente, quo maius scilicet consequeretur. Fabula item illius qui pro Iunone nubem amplexus est.

 48. ἀντι-

48. ἀντεγείρεις] ἐγείρεις est in Hesychio, ἀνεγείρεις in Diogeniano in Suida: quem vide in Οἰκώπων. Σκορπίοις etiam editum pro Σκορπίον video.

49. Σκανδοπώλιω] Euripidis mater vendidisse fertur olera; vt Demosthenis patrem cultellos venditasse omnium pene doctorum litteræ loquuntur, ait Val. Maximus lib. III. cap. IV. extremo, & Suid. de Euripide, & Agellius lib. XV. Noct. Attic. cap. XX. & Schottus in Vitis parallelis Aristotelis ac Demosthenis.

51. Τὰς δὲ Μυκλώας] Alterum hoc membrum nusquam alibi, quod sciam, legi. Prouerbij tamen concinnam reddit speciem, iuxta illud Terentij nostri: *Curemus æquam vtrique partem, tu tuam, ego meam.*

53. Σπερμολόγος ὢν λανθάνεις] οὐ λανθάνεις erat in scripto Apostolio. Eustath. in Odyss. ε. τὸν σπερμολόγον σπερμονόμον appellari, auisque genus esse satis infestum. Inde Atticis *Spermologos* dictos, qui circa fora & mercatus versantes, sublegebant quæ ex sarcinis forte decidebant, atque inde vitam tolerabant. Hinc ita vocari cœpti homines nullius pretij. Dicitur etiam, teste Suida, *Spermologus*, φλυαρολόγος καὶ ἀκριτόμυθος, *loquax futilisq;.* μικρὸν ὀρνιθάριον refert Aristot. lib. VIII. Hist. animalium cap. 3.

54. Σπόγγῳ πίτταλον] Ab Acco muliere fatua id factum Suidas refert.

59. Στύππινον] Sic ἀρχαὶ στύππιναι Diodoro Siculo lib. I. Biblioth. à stupa στύπη, quæ & στύππη. Veluti στυπεῖον & στυππεῖον dicunt. Quinetiam στυππίον Iudicum cap. XV. & XVI.

69. Διὰ τὸ τὰς αὐλοθήκας] τὸν συβηνέα Hesychius ex Cratino αὐλητὴν *tibicinem* interpretatur: & σύβηνη αὐλοθήκην, tibiarum thecam.

72. Συβαρίτης διὰ πλατείας] Refert Hesychius, Acopum quendam in Italiam venisse, operamque dedisse vt dicendi genus quod profitebatur exquisitum lautumque esset. atque hinc alteram dimanasse Parœmiam, Συβαριτικοὶ λόγοι. Et apud eundem ac Suidam, συβαρίζειν, τρυφᾶν.

75. Συνῆλθεν Ἀτταγάς] Laërtius in Timone Niceo hoc refert Prouerbium. Meminit vero & Theophanes, Græcæ scriptor historiæ, de Constantino agens Copronymo, creante in antistitem Constantinopolitanum profligatissimæ vitæ Caustinum. Ostenditque Prouerbij vsum cum duo nequissimi inter se coijssent. Lege clariss. Baronium in Ecclesiast. Annalib. ad annum Chr. 754. Suidas rursus hic corruptus mutilusque habet Ἀτταγὰς Νουμηνίᾳ, leg. forte Νουμενίῳ συνῆλθε. *Attagas cum Neomenio societatem iniit*, & cetera ex Apostolio addenda. In Diogeniano Ἀτταγᾶς lege. Ios. Scaliger ἰαμβικῶς in Adagiorum Stromateo:

Συνῆλθον

Συνῆλθον Ἀτταγάς τε καὶ Νουμήνιος,
Coniunctus est suo Attagas Numenio.

76. Τοῦτο εἶπεν Ἡρώδης] Herodes sophista Atticus ad Braduam leuirum magnificentius se de nobilitate sua iactantem dixisse fertur, auctore Philostrato lib. II. Sophistarum, Romanos nobiliores calicis suis Arcadum exemplo (qui se Luna priores iactabant) lunulas assutas habuisse. causam tradit in Quæst. Rom. Plutarchus. Hinc Iuuenalis Sat.

Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ.

77. σὺν Ἀθηνᾷ] Suidas explicat quod non oporteat sola spei in numine collocatæ fiducia otiosos desidere: ductumque ait à mulieribus, iisque maximè quæ labori sunt obnoxiæ, citatque in hanc sententiam Senarium itidem Prouerbialium:

Αὐτός τοίνυν τι δρῶν, εἶτα σὺν θεοὺς καλεῖ.
Aggressus ipse opus, dehinc Deos voca.

Plutarch. in Laconicis Apophthegmatis: *Ἐπιλέγουσι δὲ καὶ οἱ παροιμιαζόμενοι, τὰν χεῖρα ποτιφέροντα, τὰν τύχαν καλεῖν· ὡς δέον τοὺς θεοὺς ἐπικαλεῖν μετὰ τοῦ ἐγχειρεῖν τι καὶ πράττειν· ἄλλως δὲ μή.*

78. Συγκρητισμὸν ἔχεις] Refert Prouerb. Plutar. lib. περὶ φιλαδελφίας. Simile illud Aristotelicum: *συνάγει τοὺς ἀνθρώπους τὰ κακά*: *Aerumnæ homines inter ipsos conciliant.* *συγκρητίσαι* idem, teste Suida & Etymologo.

81. Σφάκελός σοι] *τὸν σφάκελον* vocant Medicorum filij gangrænam, vnde inchoat sphacelus, teste Athenæo: Galeno est partis alicuius inflammationem perpessæ mortificatio. Nemo, quod sciam, interpretatur irrisionem quæ fit per medium digitum. Nisi forte ad Romanorum respexerit morem, quibus talis irrisio supremi contemptus in vsu. Hinc Martialis lib. II. Epigr. *& digitum porrigito medium.* Persius vocat *infamem.* Cum autem etiam ossium seu medullarum putrefactionem significet, quid si vsus Parœmiæ fuerit, vt id malum alicui imprecarentur.

83. Κυνῆ Ἄϊδος] Vide Zenobium, ibidemque à Schotto nostro notata, & Platonem lib. X. de Rep. At quem hic Platonis laudat locum, is est lib. II. indeque Cicero lib. III. de offic. Nazianz. Orat. I. Stelitcutica in Iulianum, & Orat. in laudem Basilij Magni, & Carmine περὶ ἀρετῆς.

84. Σχῆμα καὶ τριώβολον] Mirifice illustrat hoc Adagium Eustathius in Iliad. ν'. *ἰστέον ὅτι ἐπαινετῆς ὀρχήσεως*, &c. Latine apponam à me conuersam: *Sciendum saltationis in laude positæ species non solum illas esse quæ in Curetum historiis traditæ sunt, sed etiam Tragicam, in quam Tragœdi summo studio incumbebant, vt & Paræmia indicat: Habitus aut figura.* Ferunt Phrynichum Tragœdiarum scriptorem tantæ

curæ

tantæ curæ Tragicam hanc ſaltationem habuiſſe, vt quiſquis nouam aliquam ſpeciem inueniſſet, triobulum illi daret. Ceterum ſcimus ex Iamblici ſcriptis, à Pythagoræ facto ſumptam eſſe Parœmiam, qui diſcipulo, ſollerti alioquin, ignauo tamen ad diſciplinas addiſcendas, ob quamlibet figuram Mathematicam, numerauit triobulum. hoc pacto diſcipulorum ſuorum ad litteras hauriendas diligentiam emercatus. Vide Iunij Cent. VIII. Prou. 14. Apoſtolij itaque noſtri explicationem neſcio an probare debeam.

85. σχῖνον διατρώγειν] *Lentiſcum* dentibus mundandis aptum etiam Martialis oſtendit in Apophoretis:

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna leuare poteſt.

Bibebant etiam lentiſci oleum comptuli hi eodem fine. Porro pro σχινοτρώκτας, quod noſter habet, Suidas σχινοτρῶγας. Verbum eius σχινίζεσθαι.

86. τὸν ἀδελφὸν] Deeſt vocula φασί. notat etiam hic Suidas, *Tripedem* Apollini ſacrum propterea, quod nota illi ſint,

Quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahentur.

Athenæus lib. II. καὶ γὰρ ἐκ τρίποδος λέγειν φασὶ τοὺς ἀληθεύοντας. Ariſtoph. in Pluto de Apolline: ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου. De tripode à piſcatorib. inuento ſcribit Laertius in Thaletu, Plut. in Solonis vita, Sueton. de claris Rhetor. τρίπος αὐτοβόητος dicitur Nonno lib. XIII. Dionyſiacῶν.

90. τὴν χεῖρα] Sup. paulo, Prou. 77. σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρας κίνει. In Suida ſic: τὴν χεῖρα προσφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν. vbi lepidam adfert fabellam, bubulco currum agente, eoque in foſſam delapſo, Herculem nequidquam otioſe inuocantem, τὴν χεῖρα προσφέροντα δεῖ τὸν θεὸν καλεῖν.

94. λεγομένην] Melius λεγόμενά τινα. Vide ſupra: κοινὰ τὰ μαντεύεται. Suid. τάπι pro τὰ ἐπί.

97. τὰ μὲν] Cleomenes Anaxandridæ F. Samiorum legatis prolixa nimis oratione Polycrati bellum vt inferret, hortantibus, ſic reſpondit: teſte Plutarch.

98. ὁ γὰρ μέροψ] Ex Æliano lib. I. cap. 49. de Animalibus. Mox: τοῦτο ἐργάζεται, id eſt, ἀντικτρέφει τοὺς γονεῖς: Ariſtot, lib. IX. Hiſt. animal. cap. 13.

100. Κῆπον] κήπους Suidas.

CENT. XVIII.

CENTVRIA XVIII.

AD Dag. I. Λεγόμενόν τι] Legit Suidas, & interpungit. Λεγόμενόν τι ἦν Τηλεκλείδης· ἤσι τῶν δυνατῶν τι κέλευε· οὐ γὰρ παρὰ Κενταύροισι. I. Diuerbium quoddam erat Teleclides. Potentium aliquibus quid iube: non enim similis apud Centauros.

2. Ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ] Χοάς festum ait Suidas esse quod Athenis agebatur die x. mensis Nouemb. iuxta Gazæ calculum, hinc ortum, quod cum Orestes matrem occidisset, ab Atheniensibus quidem susceptus fuerit, & conuiuio exceptus, sed cum eo vinum bibere noluerunt, sed seorsim illi populus vini certam mensuram, χοαί vocabant, apposuit. vide latius apud eundem. Plutarchus lib. 2. Sympos. qu. I. indicat Orestem etiam muto conuiuio tum exceptum fuisse.

4. Τὰ ἐν χερσὶ κρατούμενα] Facit huc lepidus ille Apologus: Cum accipiter cibi indigens philomelam cepisset, & illa jam vnguibus discerpenda dimitti rogaret, exiguam se escam fore dictitans ad tantum ventrem implendum: ἀλλ' ἐγώγε ἄφρων, respondit ille, ἂν εἴην εἰ τὴν ἐν χερσὶν ἑτοίμην τροφὴν ἀφεὶς τὰ μὴ φαινόμενά πω διώκοιμι. Simile quid Hesiodus initio ἔργων καὶ ἡμερῶν.

5. Τὰ ἐν ποσὶ οὐκ οἶδεν] Idem Thaleti cum astra contemplaturus in foueam incideret dictum: Τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι. Laërtius in ejus vita, & epist. Anaximenis ad Pythagoram. Plato in Theæteto: ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι· τὰ δὲ ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας, λανθάνοι αὐτόν. Lucianus in Pseudologista: Καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν. *Communia hæc & quæ ante pedes sunt ignorans.* Hinc Terentius eleganter in Adelphis. *Isthuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.* Act. III. Scena 3.

8. Καὶ τὴν κάρδοπον] Sumptum ex Aristophanis nubibus. Apud eundem & alterum est τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγω: *ficusq; ficus & rutrum rutrum voco.*

9. Ἐν ἀκμῇ γὰρ] Sic fere & Diogenian. De his qui initio quidem probi sunt, & compositis moribus, postea vero insolentes euadunt.

11. Ὑπείδης] Suidas nihil tale, sed statim explicat; Παροιμία ἐστὶ λεγομένη κατὰ vel ἐπὶ τῶν πλείω φερομένων ὧν ἠδίκησαν.

12. Τὰ Σαμίων ὑποπόδες] Suidas ὑποπόδες. Noster melius, ex quo etiam in reliquis Suidas corrigendus videtur. Mox, τῇ καλουμένῃ. Ego vero σαμαίνῃ ἥ ἐστιν εἶδος σκάφους, vel ex ipsa Suidæ dictione Σαμαίνη, vbi hanc ipsam Parœmiam retulerat, sed quæ male suo loco excidit, forte describentis incuria. Vbi enim dixerat Samænem præter nauigij

quoddam genus, etiam nomisma esse: πάσχετωι δὲ, ait, ἐπὶ τῶν δεδιώτων ἴχνας ἀνηκέστους συμφορὰς, nempe eodem, quo hic, sensu. Notas igitur illas ab Atheniensibus illis inflictas, & stigmata ad nauigij speciem factas fuisse arbitror, vt quibus Athenienses à Samijs affecti fortassis ad vlulæ formam. Hesychius Σάμαινα legit, & nauigium ad suilli rostri similitudinem rostra habens, & mox σαμαίνεται, σφραγίζεται, παρὰ Ἐπιχάρμῳ.

15. Τὰς δεσποίνας] Simile illi: Οἵα γε δέσποινα τοιάδε χ' ἁ κύων. M. Tullius lib. v. ad Atticum Epist. 11. Clemens Alexand. lib. III. Pædagog. cap. 11. Vide Prouerb. metricum in Stromateo Scaligeriano 725. Οἵαπερ ἁ δέσποινα, τοιάδ' ἁ κύων. *Qualis domina, catella talis est quoq.* Quod autem Eras. adfert è Cicerone, *talis pedisequa*, id in eo non exstat.

16. Ταῦτά σοι καὶ Πύθια] Vide supra: Πύθια καὶ Δήλια, & corrigo in Suida, vt & in Diogeniano πινόντων in ποιούντων.

17. Τὰς ἐν ἅδου τριακάδας] Explicat Suidas de hominibus qui nimis curiose res abditas nosse student. Corrige porro & hic Diogenianum mutilum ἱμᾶται.] Ἡ τριακὰς ἐν ἅδου διὰ τὴν Ἑκάτην. Copiosius Vaticana Appendix exponit Cent. III. Prou. 16. Quod autem Mineruam ijdem, eandam cum Diana & Hecate putari aiunt equidem dubito, & auctoritatem quæro. In Hesychio quidem est Ταυροπόλας Dianam & Mineruam dici, sed id non satis probat, pro vna vtramque sumi. De Diana & Hecate non item dubito. Virgilius

Tergeminamq; Hecatem, tria virginis ora Dianæ.

Tricesimum porro cuiusque mensis diem, vita functis dicatum esse, idem alibi refert.

18. Τὰ γὰρ Γαδείρων] Lego τὰ πέρα Γαδείρων: pro quo excusus sensu eodem τὰ ἐπέκεινα Γαδείρων. Facit ad explicationem Parœmiæ Pindari in Nemeonicis locus:

Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν.
Non est accessus ad Occidentem vltra Gades.

Et alibi --- οὐκ ἔτι πόρσω
ὑπὲρ Ἡρακλέους περᾶν εὐμαρὲς
Ναυτιλίας ἐσχάτας. --- *non vlterius*
Supra Herculis extremas columnas penetrare
Nauigando facile est. ---

Rursum in Olympionicis Hymno III. --- τὸ πόρσω δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον κ' ἀσόφοις. Hinc, ἐσχατόων τὰ Γάδειρα poetis dicta.

19. μετὰ δέους τ' ἀνάξια] Suidas τὰ δέους ἀνάξια. Tollo itaque τὸ μετὰ vt τὸ δέους ad ἀνάξια referatur.

20. Τὰ τρία εἰς τὸν θάνατον] Suidas duplici modo habet Prouerbium: τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον, vtque noster excusus τὰ τρία τὰ εἰς τὸν θάνατον.

γατων. Zenobius vero, vt noster. Mox ἐν Δέλφοις rectum, etsi vitiose scriptum ἐλφέλφοις, vocis monstrum. Et εἰλύσει idem Suid. & scriptus noster cod. Editus enim mendose, εἰλήσει. Quid si ἀνειλήσει, sensu eodem, quo noster codex? Subiungit huic Parœmiæ Suidas alteram: Τὰ τρία τὰ παρὰ τῇ αὐλῇ. *Tria quæ apud Prætorium*: quam etiam habes in Appendice Prouerbiorum ad Zenobium à doctissimo, & in bonum rei litterariæ, vt Lipsius noster identidem prædicare solet, nato, And. Schotto, primum edita. Qui copiose ibidem de more obstruendi os eorum qui ad mortem condemnati, raperentur ad supplicium, postquam cibo potuque repleti tria, quæ libitum fuisset, liberius prolata essent, præbita occasione sigilli cuiusdam antiqui, quod apud V. C. & omnibus doctrinæ humanitatisque dotibus ornatum, Marcum Velserum, patricium Augustanum visebatur: videsque ibidem à Schotto additum. De quo, vt quod sentiam ipse quoque aperiam, putarem ad Midam Phrygum Regem non incommode posse referri: qui, quod inter Apollinem & Pana, cantu decertantes, ad Tmolum iudex electus, pro Pane contra Apollinem sententiam tulisset, asininæ illi aures ab Apolline sint additæ. Fascia autem seu vinculum ori obiectum fortassis significet, oris seu linguæ intemperantiam omnino cauendam. Fertur idem etiam, cum Bacchum hospitio excepisset, iussusque ab eo esset, petere quod libitum cumque animo esset, stulte optauit, vt, quidquid attingeret, in aurum verteretur. Vnde factum vt mox miser inedia esset periturus, nisi Bacchus hominis misertus illum à voto male concepto obtentoque in integrum restituisset, ad quam hominis stoliditatem linguæque intemperantiam significandam, fortè illi camus in os additus, vt aures asininæ adiunctæ. Tertia denique de hoc fabula, quod cum Bacchi asinos forte prætereuntes iniuria affecisset, ab illo hoc infortunium nactus sit. Nam de Marsya, quod amicus quidam ait, cum fabula pugnat. Venio ad alteram coniecturam. Quid si caput istud tali schemate efformatum Iudæum aliquem significet ad mortem damnatum? (vt tempore Claudij & Neronis multa millia fuerunt:) cui præter camum ori obditum etiam aures asininæ additæ in ludibrium gentis, irrisæque religionis, quod asinum vulgo adorare existimaretur. Cui etiam simulacro Christianos initiari creditos, vt eidem religioni propinquos, Tertullianus tradit, Apologetic. aduersus Gentes. Vide & Tacitum lib. v. Histor. & Octauium Minucij Felicis: qui ait mentitos esse Possidonium & Apollonium Molonem, qui caput asini à Iudæis in sacrario collocatum fuisse confinxissent. Legendus & Iosephus lib. II. contra Apionem. Tertia ad hæc coniectura arridet magis, quo existimem Romani hominis esse effigiem, ob paricidium com-

commiſſum iam capitis dānati, cui folliculus lupinus more maiorum eſſet inditus mox perituro. Elegans ea de re locus lib. I. Rhetoricorum ad Herennium. *Malleolus*, inquit, *iudicatus eſt matrem necaſſe. Ei damnato ſtatim folliculo lupino os obuolutum eſt, & ſoleæ ligneæ pedibus ſunt inductæ, & in carcerem ductus eſt.* Et lib. II. de Inuentione: *Quidam iudicatus eſt parentem occidiſſe.* Et ſtatim: *Quod effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt. Os autem obuolutum eſt folliculo & præligatum. Deinde eſt in carcerem deductus, vt ibi eſſet tantiſper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, appararetur*: Videlicet ad ſignificandam parricidij immanitatem lupinus ille folliculus: quòd lupi ſæuientes nec à mutua laniena abſtineant, teſte Æliano præter cæteros lib. VII. de Animalib. cap. XX. Fortean vtrique rei exactius exprimendæ auriculæ lupinæ illi folliculo additæ.

21. Τὰ χρήματα] Sic Prouerb. 14. cap. Salomon: Πλουσίων πολλοί. Et cap. 19. Πλοῦτος προστίθησι φίλους πολλούς.

22. Βέλτιον ἢ τοὺς ἐν ἑτέρῳ τινὶ γνωρίμους νοεῖν] Ex Suida hoc noſter eſt mutuatus, ſed corruptè vterque; reponendum enim vel ἐν ἑταίρῳ vel ἐν ἔρωτι, vt ex Heſychio clarum, & ex ijs quæ conſequuntur.

23. Ταυροπόλου] Scriptus cod. Ταυροπόλας. Suidas etiam Doricè ταυροπόλαν τὴν Ἄρτεμιν dicit.

24. Ὅθεν καὶ τὸ κενῶσαι] Corrige hic Heſychium hac ipſa dictione, auferendo particulam μή. Statim: μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν. Ab eadem tranſlatione Perſius Satyra V. v. 25.

Quid ſolidum crepet---

Et forte Euripides:

Σὺ δ' εὔτροπον μὲν γλῶσσαν ὡς φρονῶν ἔχεις,
Ἐν τοῖσι λόγοισι δ' οὐκ ἔνεισί σοι φρένες.
Volubilem linguam quidem vt prudens habes,
Mentis ſed omnis ſermo inanis eſt tuus.

Hinc Zenon recte diſcipulos quoſdam ſuos φιλολόγους, alios λογοφίλους eſſe aiebat.

25. Τελμισσεῖς οἰκοῦσιν ἐν Καρίᾳ] Suidas explicationem non adhibet: tempus forte abſtulerit, aut deſcribentis oſcitantia. C. Plinio lib. V. cap. 27. *Telmeſſus Lyciam finire dicitur.* Telmeſſum Cariæ ab Alexandro M. tributum idem auctor eſt, & Steph. περὶ πόλεων. Τελμισσὸς πόλις Καρίας· ὡς ἢ Φίλων, καὶ Στράβων, Λυκίας. Vide & Etymologicum Magnum. Ibidem: ἀπέχοντες στάδιον, leg. è Suida, ἀπέχοντες ξ. στάδια, hoc eſt, ſtadia LX. Et mox in ſcripto cod. εἰς κύλικα erat, idem Suidas rectius, εἰς σκύλακα·

26. Τενέδιος πέλεκυς] Hic pro Τέννιον, melius Suid. rurſum τὸν Τέννην, Strabo legendus lib. XIII. Geogr. vbi & fabulæ huius mentio. Vide Heſy-

Hesychium Τενέδιον βέλ⊕: qui hanc parœmiam vsurpari ait in eos qui rigide, seu præcise, aliquid agunt, adfertque nescio cuius auctoritatem: ἔτι ἄρα τὸ πρᾶγμα Τενεδίῳ πελέκει συνέκοψαν: *rem Tenedia amputarunt bipenni*. Vide & Diogenianum Cent. VIII. Ada. 58, & Zenobium Cent. VI. Ad. 9.

28. οἶδ' ὅτι γῆρᾶται Suidas nullo pœne sensu: οἶδ' ὅτι γυναῖκα ἔπαθεν. Puto rescribendum. οἶδ' ὅτι μετὰ τὸ γυναικεῖα ἔπαθεν. Lege Steph. de Vrbibus.

29. Τερέβινθος] φυτὸν ἐστιν ἐν ξηροῖς τόποις φυόμενον, κλάδους ἔχων καπνοκληνότας. Scholion Esaiæ cap. I. Τερέβινθ⊕ ἄπλατ⊕ Diod. Siculus lib. II. Biblioth.

30. Τὰ μεγάλα] Plutar. in Theseï vita ex communi opinione deducit à Termero, qui quod obuios capite feriens necaret, ipse quoque ab Hercule talium monstrorum domitore de medio sublatus fuit. Suid. à castello quodam inter Melum & Halicarnassum sito, quo tyranni pro carcere vsi sunt. Ex quo cum etiam latrones loca circum circa depopulantes non facile capi possent. Hinc etiam ductam parœmiam ait. Malè autem in Suida editum τερμέρια σωῦ κῷ pro κακά, Statim pro εἰς ἧς μέλλει τῇ, lege ἐφ' ἧς μέλλει τις τὸ. quæ omnia tamen ad parœmiam nihil pertinent.

31. Τέρθριον] Τέρθρον Suidas: vbi eadem leguntur. Hesychius artemonem interpretatur, vel vt alij extrema cornua antennarum: tectum ædium, vel, vt nonnulli, summum rei cuiusque culmen. Addit: περθρεὶ οἱ εἰς τὸ κέρας τοῦ ἱστίου ἑκατέρωθεν δεδεμένοι (fortè excidit vox σχοῖνοι, κάλω, siue πόδες) ἐν οἷς ἀρμενον ἕλκουσι: *funes vtrimque religati ex cornibus antennarum, quibus vela trahunt*. τέρθρειαν porro interpretatur λογομαχίαν, ἀπάτην, φλυαρίαν, φληναφίαν, *verborum contentionem, imposturam, loquacitatem, nugas*.

32. Τέττιγα τοῦ πτεροῦ] Archilochi poëtæ dictum, quo respondet cuidam à quo conuitio fuerat lacessitus. Nota animalis illius natura, cuius quo magis alas presseris, eo magis est streperum. Infra: πιλούντων, puto rectum πιλούντων, *obturantium, coarctantium, & comprimentium*.

33. Τέττιξ ἀκάνθι⊕] Tradit Ælianus lib. V. cap. 9. Hist. animal. cicadas Rheginenses in Locrensi agro mutas esse, & Locrenses in Rheginensi. Plinius lib. XI. cap. 27. Vide & Strab. lib. VI. Geogr. In Suida & Hesychio est ἀκανθίας. Hic speciem certam cicadæ esse ait: iste negat, sed epitheton duntaxat. Steph. περὶ πόλεων vtroque habet modo, & à loco deducit, non à spinis, vt Suidas: in quo cum legitur ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις: puto particulam οὐ negatiuam addendam.

34. Τετράδι γέγονας] Eadem ferme Eustathius in Odyss. ε. Pro ἄλλως vero ἄλλοις malim, vt & in Hesychio. Corrigendus & Suidas in

τετραδιστα῀ι. Vbi enim legitur: οἱ ἐπὶ τὸν βίον διάγοντες, legendum omnino, οἱ ἐπίπονον βίον διάγοντες: vel ἐπιπόνως, vt Schottus noster in Suidæ Adag. Cent. XIII. Prou. 45. idque Hesychij auctoritate.

36. ἐγὼ ἢ εἶδον] Ex Æliano lib. XII. Animal. cap. 6. apud quem εἴροντας pro εἴροντας legas. Testatur idem Plinius lib. XI. cap. 26. Quod ait: ταῖς Μούσαις. Plutarch. quoque lib. VIII. Quæst. Conuiualium, cicadas Musis sacras ait.

38. τεττιγοφόρος εἶ] Puto in hominem sibi ob familiæ antiquitatem nobilitatemque, aut etiam Musicam artem nimium placentem posse torqueri. Illarum enim rerum indicium cicadas aureas comarum cincinnis illigatas Athenienses gestasse auctor est Thucydides initio libri I. cuius apponam verba: χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Scholiastes ibi legendus, & locus asterisco notatus sic è membranis Augustanæ bibliothecæ, quod Hœschelius suggessit, est restituendus. ὑπέρβατον, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον χιτῶνας λινοῦς φοροῦντες, Testantur & Suidas atque Hesychius, & Eustathius in Iliad. γ΄. Adde & Clem. Alexandr. lib. II. Stromat. cap. 10. & de τεττιγοφόροις Aristoph. in Equitibus. Sequitur ἢ μουσικός. τέττιξ enim Aristophani ἀχέτας in Auibus, id est, vt Scholiastes in Nubibus exponit, μουσικὸς: ideoque ἀνακείμενος τῷ Ἀπόλλωνι, idem Schol. ibidem.

39. τεττίγων ἀνάμεστοι] Sumpta & hæc ex Aristophane parœmia est. Sic enim in Nubibus: Ἀρχαῖά γε, καὶ διπολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα. *Prisca hæc, cana, & cicadis repleta.* Suidam denuo corrige, qui nullo alioqui sensu mutilus est, addita ex nostro, voce μωροῦς. Mox: ὡς οἱ τέττιγες ψυχροί τινες τὴν φύσιν. Vide Aristotel. lib. IV. de partib. animalium cap. 5. & lib. de animal. incessu cap. 9. & lib. IV. Historiæ animal. cap. 7. Plinium lib. XI. cap. XXVI. & Ælianum lib. I. cap. 10. & III. de Animalib. cap. 38. vbi etiam de silentio feminæ. Quod in meridie potissimum canant cicadæ refert & Basilius M. Homilia VIII. in Hexaemeron.

40. ἀντὶ τοῦ σκιδωρεῖσθαι] Vide Suidam, vnde hæc in partem desumpta legendumque in eo πτιδάζοντι. (Legunt alij hic σκευωφορεῖσθαι) Capi autem aliquando pro re militari satis indicat vox τευασμὸς apud Hesychium pro στρατηγία. Quin & eadem sæpius verba iterans, τιτάζειν dicitur. Vide Etymologum, & Eustathium Iliad. ξ΄. Quam vocem τιτάζειν eo significatu vsurpauit Origenes lib. V. contra Celsum: μὴ τιτάζειν περὶ τὰ ἀγάλματα. Et Eusebius procœmio libri IV. Euangel. Præparationis: περὶ τὴν κακότεχνον ταύτην διατριβὴν τιταζόντων. At τιτάζεσθαι Luciano in Lexiphane, ἀπόβλητον: quod recte Hœschelius obseruauit. Platonis autem in Timæo locum qui aduocatur, reperias.

42. Τελ

42. Τελμησίας ἀλώπηξ] Legendum hic & apud Suidam, vt est recte in edito Apostolio Τελμησία, pro Τελμισία. & Πρόκριν in Græco, pro Πρόκνην & Τελμησσὸν pro Τελμισσόν, cum Etymologo, (qui & Τελμησίας ἀλώπηξ, θηρίον meminit) vel Τελμησσόν cum Pausania, Strabone lib. IX. Geogr. Stephano de Vrbib. qui huius vulpis ipse quoque mentionem facit. Quod ait in extremo λίθους γενέσθαι, eadem Pollux lib. V. Onomastici cap. 5. & in Bœoticis Pausanias pag. 296. Canis iste Procridi Erechthei filiæ à Diana legitur dono datus, & fera vulpes Teumesia, in Thebanorum perniciem ἐκ μηνίματος Διονύσου, enutrita esse. Cæterum Prouerbij vsum non indicat Apostolius, Ex Palæphati autem narratione capi posse videatur de homine astuto, aliorum res deprædante, mox tamen sceleris sui pœnas luente.

44. Τείχη Σεμιράμιδος] Iustinus ex Trogo Pompeio lib. I. & Suid. in *Semiramis*. Et Herodotus lib. I. qui oppidum situm in planicie ingenti forma quadrata describit, magnitudine quoquouersum centenûm vicenûm stadiorum: in summa quadringentorum & octoginta in circuitu quatuor laterum vrbis. Deinde murum fuisse quinquaginta cubitorum regiorum crassitudine, ducentorum celsitudine. De eadem Babylone Assyriæ vrbe ad Euphratem à Semiramide condita, & muro latericio circumdata, longitudinis stadiorum trecentorum, sexaginta; latitudinis tantæ, vt sex currus iunctim per eam agi possent: altitudinis denique incredibilis refert Diodorus Sicul. initio lib. II. Synesius Epist. ad fratrem de suo naufragio. ait inter viros & mulieres, quæ in eadem erant naui, laceri veli partem interiectam fuisse, addit σωφρονοῦσιν ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τὸ Σεμιράμιδος. Cæterum de muris Hierecuntinis nihil singulare legere memini, præter ea quæ in sacris sunt libris, sed è quibus nihil de altitudine, latitudine, aut longitudine elicitur.

50. Τὴν ἐξούλης] Suidas dict. ἐξούλης tribus locis copiosè, Hesychius ac Iulius Pollux lib. VIII. Onomast. cap. I. Etymologus & G. Budæus Comment. ling. Græcæ accuratè, & Iureconsulti recentiores, De interdicto *Vnde vi*: & in Orat. Ciceronis XLI. pro A. Licinio Cæcina Ibidem ἐξέλειν melius forte ἐξείλλειν, ἐξίλλειν, aut ἐξούλλειν.

51. Τὴν θύραν ἔχει πεπριμμένην] Ironice pronunciandum, quod ouilium fores minime attritæ sint adeuntium frequentia. In Suida est πεπρυμμένον, quod idem est. Fortassis non male legeretur πεπρεσμένον, *foraminatum*: Quòd pastores, hominum genus agreste, & insociabile ferme, non temere ostium aperire aduenientibus soleant, sed per foramen loqui: forte etiam ob insidias luporum id frequentius clausum habentes, vel ne oues foras proruant. Suidas autem ἔχων habet.

52. Ἔφυγεν κακὸν, εὗρεν ἄμεινον] Hoc ἀπροσδιόνυσον exemplum, nisi addatur

datur particula negans οὐχ: aut loco ἄμεινον legatur κακίον, seu κάκιστον: vel denique χείριστον, quomodo in excuso Apostolio deprehendi. Quæ autem hic de Scylla, ea ad verbum ex Palæphato sunt. De Charybdi quoque nota res, vt exponere necesse non sit. Mox pro λαύρῳ malim equidem λάβρῳ. Sæpe enim inter se confunduntur à Græcis librarijs υ & β: & in membranis β ita scriptum obseruo υ. Verbi gratia in Xiphilini Seuero, υἱεῖς λαῦρος, & λάβρος habent editiones variæ. Sic Iliad. ψ'. v.479. λαβραγόρης, qui Psalmo CXXXIX. ver. 25. Apollinarij λαυραγόρης, in edit. Paris. & Commelini, sed per β codex M. SC. Boicus, quem Dauid Hœsch. inspexit.

55. τοιοῦτος γὰρ Ἀνάχαρσις] Ex eodem etiam fonte Laertius Diogenes in Anacharsidis vita Parœmiam deriuat. Alij à responso quo Scythæ Dario οἰμώζειν iusserunt. Denique sunt qui τὴν ῥῆσιν *iussionem* seu *præscriptionem* interpretentur: quòd Scythæ quos subegerant, crudeliter immaniterque tractarent.

56. τὴν ἀρχὴν] Affertur ab Aristotele Problem. III. Sect. 17. Non abludit illud poëtæ veteris:

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

57. τὴν ἡμέραν πᾶσαν σήθει] id est κοσκινίζει. Dictum Prouerbium de ignauis, & ne serium quidpiam & ad rem faciens aggrediantur, in friuolis sese occupantibus.

61. τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλαυνε] Suid. τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, eodem sensu, & ab oraculo deductum: interpretaturque, Qualis es talis appare, ex Epigrammate Callimachi apud Laërt. in vita Pittaci. Mox, τοὺς βέμβηκας Callimachus in eadem re βέμβικας per ι. appellat: & fortasse pro παίζοντας rectius substituatur παίοντας. Statim: τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλα Plutar. lib. περὶ παίδων ἀγωγῆς sic extulit: τὸ γὰρ τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, σοφόν: ὡς οἵγε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γινόμενοι.

62. Τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ] id est, τῇ ἴυγγι τοῦ αὐτοῦ λόγων ἢ ἐν ἀτάκτῳ καὶ θηριώδει βίῳ καθεστῶτας. Eam enim vim tribuit Eloquentiæ Cicero lib. 1. de Inuentione, & lib. 1. de Oratore: hancque esse intelligendam per Orphei citharam docet Nazianzenus quoque Carmine Nicobuli ad filium v. 193. & Carmine filiorum ad Vitalianum v. 213. Mox: καὶ μῦθος, de eo Clemens Alexand. initio Protreptici, vbi Orpheum Θρᾴκιον σοφιστὴν appellat. Quod ait τῷ Διονύσῳ ὄργια, habet Lucianus de Astrologia. Supra verò Δοκεῖ δέ μοι ex Palæphato ad verbum descriptum. Mox: πεπόμεναί τε malim στρεφόμεναί τε in Palæphato rescribi vel περιπόμεναι.

63. εἰς τέττιγα μετέβαλε] Eustath. in Iliad. γ' hinc fictam fabulam opinatur, quòd Tithonus quo magis senex, eo loquacior reddebatur.

Ad eam

Ad eam fabulam Horatius allusisse videri possit, Oda XVI. lib. II. Carm. *Longa Tithonum minuit senectus.* Est enim senectus naturâ loquacior, vt ait M. Tull. in Catone maiore: & sola fere vox in senibus, debilitatis organis cæteris, remanet, vt Servius notat ad illum Virgilij versum Æneid. IV. *Tithoni croceum linquens aurora cubile.* Eustathius quoque ad primum versum Hom. Iliad. λʹ. Tithoni nomen vsurpari solitum ait de senibus infelicibus & laboriosis.

64. Τιτάνας καλεῖν] Suidas legend. Tractum fortè à fabula qua Saturnus dicitur Titanum opera vsus in filijs suis perdendis, ne patris imperium, vt fato constitutum erat, ipso expulso inuaderent. Assidentes enim illi Rheæ parturienti, simul ac prolem masculam enixa erat, illam discerpebant. Suid. idem alibi indicat hinc profluxisse, quod Titanes hominibus sese inuocantibus opem ferrent.

65. Τί μ' ὠφελήσουσι] Hinc illud Nasonis de se dictum:

Sæpe pater dixit: Studium quid inutile tractas:
Mæonides nullas ipse reliquit opes.

66. Τίς ἐν Κύδωνος] Melius Suid. Ἀεί τις ἐν Κύδωνος: *Semper aliquis in Cydonis ædibus.*

69. Τίς γὰρ κατόπτρῳ] Epicharmi est apud Stobæum λόγῳ πη.

70. Ἐκλιπόντος ποτὲ] Ex Æliano per cõpendium lib. XV. & XVI. cap. 29. de Animal. in quo pre his in extremo τῇ πείρᾳ λιμῆς legitur non male τῇ πέρα τιμῆ. Ibidẽ: οὐδ' ἴκταρ ἔλεγε βάλλειν, Platonis id Prouerb. est in Cratylo.

71. Τίς τρίχας] Ex Theocriti Hodœporis Adagium, Eidyll. V. ver. 26. Sic Latinè redditum:

Quis vice lanarum setas detondeat? aut quis
Primipera præsente capra vilem velit amens Emulgere canem.

72. Τιτανῶδες βλέπει] βλέπεις, alias. Lucianus Timone vsurpat, quod in Icaromenippo, τιτανῶδες εἰς ἡμᾶς ἀποβλέπειν. Et δριμὺ καὶ τιτανῶδες ἐνιδεῖν, in eiusdem Philopatri. Similes aliorum locutiones & hic obserua, & notauit ad librum I. Hieroglyph. Horapollinis cap. 27. doctiss. Hœschelius.

73. Τίκτει κόρος ὕβριν] Theognidis est, sed versus integer est:

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
Ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ᾖ.

Nascitur è luxu præceps iniuria, quando est
Mentis inops magnus vir malus inter opes.

Malè ergo ac mutilè in Diogeniano editum, explicatumque ab Eras. vt ab alijs notatum. Τίκτει κόρη, ὅταν κακῶς ἀνδρὶ παρείη: quod vel explicatio statim indicat, & versiculi defectus: vt & Notis eruditis ad Basilij M. Homilias docuit P. Fronto Ducæus, Soc. Iesu, pag. 30. & 31. Pindarus Oda XIII. Olympionicων ὕβριν κόρου ματέρα dicit, quem

 secuti

ſecuti legemus Τίκτει τοι κόρον ὕβρις ſed prior lectio veriſimilior. Solon apud Laërtium: Τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι ἔφη, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου. Et Philo lib. de Agricultura, κόρου γὰρ ὕβρις ἔγγονον γνήσιον: & lib. de Abraam, ac lib. II. de Moſe, κόρος ὕβριν ἐγέννησεν. Idem alibi: οἱ δὲ τὸν κόρον ἀδυνατοῦντες φέρειν, ἐξυβρίζουσι. Plutar. qu. 71. Roman. Διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι καὶ βόες, καὶ ἵπποι, καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι. Homerus quoque Prouerbiali ſpecie omnium eſſe ſaturitatem ait, Iliad. ν' verſ. 636.

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος.
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Huc pertinet Salluſtianum illud: *Res ſecundæ mire ſunt vitijs obtentui*, vt alibi expoſitum: & poëtæ neſcio cuius illud: *Luxuriant animi reb. plerumque ſecundis.* Charicleæ quoque illud inf. ab Apoſtolio allatum: φιλεῖ γὰρ εὐημερία παράλογος ὕβρεως ἔργα προκαλεῖσθαι.

77. Τιτανίδα παροικεῖς] Eadem Suidas habet.

78. Ἀγαθοκλῆς υἱὸς κεραμέως] Plutarch. in Apophthegmatis Regum & Impp. qui lib. de Sui laude citra inuidiam in hunc recitat modum: Ἀγαθοκλῆς χρυσᾶ ποτήρια καὶ τορευτὰ τοῖς νέοις περιπίνων, ἐκέλευσε καὶ κεραμεᾶ κομισθῆναι. καὶ τοιοῦτόν ἐστιν ἔφη, τὸ ἐνδελεχὲς καὶ φιλόπονον καὶ ἀνδρεῖον ἡμεῖς πάλαι ταῦτα, νῦν δὲ ἐκεῖνα ποιοῦμεν. Ἐδόκει γὰρ ἐν κεραμείῳ τετράφθαι διὰ δυσγένειαν καὶ πενίαν ὁ Ἀγαθοκλῆς: εἶτα συμπάσης, ὀλίγου δεῖν, ἐβασίλευσε Σικελίας. Auſonius Epigram. VIII.

Fama eſt fictilibus cenaſſe Agathoclea regem, &c.

Recte itaque hic διὰ τὴν ἐπιμέλειαν emendaui, etſi ἀμέλειαν ſcriptum eſſet.

79. Τί τοὺς Ἀχαιοὺς] Apparet verſum ex antiquo Tragico eſſe. Tangitur autem furtum Priami, Iliad. γ'. qui Helenam in mœnib. interrogat, quinam præcipui ſint in Græcorum exercitu.

80. πολλῆς τιμῆς ἠξιοῦντο] Negat hoc Suid. & παρ' ἱστορίαν eſſe affirmat: negat & Zenodotus, qui κατ' εὐφημισμὸν dictum putat. Ironicè itaque efferendum.

81. Τί κοινὸν κυνὶ] Luciani eſt libro Aduerſus indoctum libris tumentem: Idem in Paraſito: Καὶ ἔμοι γε δοκεῖ (inquit) ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστι, οἷον ἐν βαλανείῳ κύων. Parœmiæ autem ratio ex arte medica forte deducenda. Solebat à cane rabioſo morſis, ex eo vulnere, vbi parum occurſum eſt, aquæ timor innaſci, ὑδροφοβίαν Græci appellant, miſerrimum morbi genus: in quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciatur. Quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt: ſed vnicum tamen remedium eſt, nec opinantem in piſcinam non antea prouiſam projicere: & ſi natandi peritiam non habet, modo merſum bibere pati, modo attollere. Si natare norit, interdum deprimere.

mere, vt vel inuitus aqua ſatietur. Sic enim ſimul & ſitis, & aquæ metus tolluntur. Hactenus Corn. Celſus, auctor elegans, lib. v. rei medicæ cap. 27. quem gentilis meus ac ciuis Gulielmus Pantinus, Medicus præſtantiſſimus, luculentis Commentarijs illuſtrauit. Cum ergo quidam hoc morbo laborans, in balneo, quo morbi leuandi cauſa deductus erat, canem vidiſſet, aut videre ſe putaſſet (imaginoſus enim ille morbus) eius ſimul & aquæ aſpectu territus, Parœmiam vſurpauit.

85. τίδ' ἄλλο] Deeſſe videtur aut addendum ἢ *quàm*: ſed tum Senarius claudicabit. Vide inf. Cent. XIX Adag. 19. Philemonis verſus. Senes decrepitos præter vocem nihil retinere Sup. Adag. 63. expoſui. Et de omni hominum genere Flaccus: *Puluis & vmbra ſumus.* Quodque noſtra memoria ſæculi ac Belgij decus, Iuſtus Lipſius noſter tumulo viuus inſcribi voluit:

> HVMANA *cuncta fumus, vmbra, vanitas:*
> *Et ſcenæ imago, &, verbo vt abſoluam,* NIHIL.
> *Et nihil hic Orbis, quod perennet, poſſidet.*

89. εἰσρεόντων] ῥεόντων Suidas, additque εἴρηται τοῦτο ἀπὸ ἱστορίας τινός, quæ noſtro deſunt. Mox pro φησὶν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, idem habet φασὶ γὰρ Ἀριστοτέλην ἱστορεῖν quē lege in Μηλιακὸν, & in Parœmia τὸ Μηλιακὸν πλοῖον.

93. Βαβυλωνίων βασιλεύοντος Εὐηχόρου] Ex Æliano lib. XII. de animal. cap. 21. in quo Σακχόρου legitur: & pro ὁ πίξας male ibi ὑπολιτεύσας & rurſum ὑπῆλθεν αὐτὸ καὶ τὰ νῶτα ὑπέβαλεν : rectius hic : ὑπελθὼν αὐτῷ κατὰ νῶτα ὑπέλαβε. Qui in extremo Γίγαλμος, alibi Γίλγαμος, Æliano eſt Τιλγάμος, affinitate literarum Γ & Τ.

95. Ἱστιαῖος Σάμιος μὲν] Hiſtoria eſt apud Herodotum, lib. v.

96. τοῖς εὐτυχοῦσι] Parœmia hinc nata, quòd cum Auguſtus Cæſar Liuiam Druſillam matrimonio Tiberij Neronis abduxiſſet, intra menſem tertium, Druſum peperit, fuitque ſuſpicio ex vitrico per adulterij conſuetudinem procreatum, ſtatim certe vulgatus eſt verſus. Sueton. initio vitæ Claudij & ſub finem Auguſti: in quo legitur, καὶ τρίμηνα παιδία: & ita Xiphilinus: proinde Apoſtolij non ſatis ſunt apta, vt à Græco rerum Romanarum non ſatis gnaro, allata. Videtur enim vitioſam ſecutus ſcripturam, quam & membranæ hic præferebant: τρίμηνες παιδία.

99. Τὸ πέρδικος σκέλος] Citat Suidas περδίκειος κάρα καὶ περδίκειος πούς: vbi neſcio an pro κάρα ſit leg. καπηλεῖος. vt eſt in Appendice Zenobiana. Vide Ariſtophanis interpretem in Auib. qui Perdicam cauponem claudum fuiſſe ait miræ aſtutiæ. Quid ſi porro Parœmiam à Perdice aue aſtutiſſima deducamus: qua de Plinius lib. x. cap. 33: *Si ad nidum is* (auceps) *cœperit accedere, procurrit, ad pedes fœta, pragra-*

uem aut elumbem se simulans: subitoq; in procursu, aut breui aliquo volatu cadit, vt fracta aut ala aut pedibus: ac procurrit iterum iam iam prehensurum effugiens, spemq; frustrans, donec in diuersum abducat à nidis. Quæ Plinius ex Aristot. ferme desumpsit lib. 9. Hist. animal. cap. 8. vt & Ælianus lib. III. cap. 16. de Animal. Sed Apostolij expositio huic rei non perinde est apta.

100. Τότ' ἄσοντι] Parœmia à Greg. Nazianzeno vsitata, Epist. ad Celeusium Præsidem, cuius principio leg. ὦ λάλε, cum M. Sc. Augustano, pro καλέ, vt monuit Hœschelius.

CENTVRIA XIX.

ADag. I. Τὸ σκαμβὸν ξύλον] Plutar. lib. de Institut. liberor. οἱ ἁρμάτειοι τροχοὶ πόνῳ καμφθέντες, οὐδ' ἄν, εἴ τι γένοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυωρίαν. Τὰς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκειμένων βακτηρίας ἀπευθύνειν, ἀμήχανον.

2. Τοῦτο Θεμιστοκλῆς] Themistoclea vafricies etiam Prouerbio celebrata. Sic Eunapius Sardianus: Ὀδύσσειόν τινα καὶ Θεμιστόκλειον παρεληλυθὼς πανουργίαν. Eluxit autem potissimum, quando spuriorum & legitimorum discrimen sustulit: de quo Plutar. & parœmia sup. εἰς Κυνόσαργες. Item, quando Xerxem astutia sua in fugam conuertit. Aristoph. in Equitib. Prouerbio vsus, quod Piræeum muro circumdari voluit, Sapiens verò habitus propter interpretationem Oraculi Delphici de muro ligneo.

3. τὸ καλὸν φίλον] Verba sunt Platonis in Lyside: Καὶ κινδυνεύει κατὰ ἀρχαίαν παροιμίαν, καλὸν φίλον εἶναι: Et videtur iuxta vetus verbum, quod pulcrum, idem carum esse. Theognis:

Ὅττι καλὸν, φίλον ἐστί: τὸ δ' οὐ καλὸν, οὐ φίλον ἐστί:
 Τοῦτ' ἔπος ἀθανάτων ἦλθε διὰ στομάτων.
Quod pulcrum, carum est: quod non pulcrum, nec amicum:
 Hoc Superum æterno venit ab ore melos.

5. Μικρὰ ζητούντων] Suidas: Μικρὰ πολλάκις ζητούντων. Fortè πολλάκις αἰτούντων. Mox Suidas: Πάρνος γὰρ κυβερνήτης σκάφος ἀπώλεσε, καὶ συνεχῶς ἠνόχλει.

6. τοῦ Μορύχου Διονύσου] Sic & Suid. in Μόρυχος. Cæterùm Zenobius, Cent. V. Adag. XIII. Μωρότερος εἶ Μορύχου -- *stultior es Morycho*: qui quæ intus sunt, relictis, extra domum desidet. Vide Apostolium sup. hoc ipso Prouerbio μωρότερος Μορύχου, qui id ibi ad alium quam ad Bacchum refert; fortè ad Tragicam illum poëtam, cuius Suidas ab Aristophane fieri mentionem putat. Zenobius autem hinc interpretationis

tationis suæ causam sumpsit, quod vindemiatores Dionysiacæ statuæ faciem musto & viridibus ficis inficerent.

7. τοῖς αὐτοῦ πτεροῖς] Ex Aristophanis Auibus.

8. τοῖς κακοῖς] Fortè τοῖς τρὶς κακοῖς τρὶς τὰ κακά: Athenæus lib. IX. Δειπνοσοφ. τρὶς τοῖς κακούργοις κακά: vbi quoque leg. censeam τρὶς τοῖς πανούργοις τρὶς κακά. nam versum redelere dimetrum mihi persuadeo. Ibidem addit φασὶ τὰς ἀπαγάς: id ex Æliano ad verbum, lib. XV. de animalib. cap. 27. & pro ἀπολαμβανόντες melius ἀναλαβόντες,

9. Τοσοῦτον σχεδὸν] Refert Suidas integrè, hoc pacto: Ἐξ αὐτοῦ σχεδὸν, ὅσον ἐκ Διονυσίων: *Ex ipso tantum fermè, quantum è Bacchanalibus.* idemque interpretatur, quidquid contra Erasmum argutetur H. Steph. ἐπὶ τῶν ἀποδοχῆς ἀξίων, *de rebus dignis quæ excipiantur*: quomodo & in nostro legi malim. Quæ verba si ex H. Stephani sententia ad Parœmiam hanc non referuntur, quidnam interpretationis Suidas ad Parœmiam adfert? Nam Prouerbium esse disertim affirmat, & infra αἰτὶ τοῦ ἡδέσθαι interpretatur τὴν Διονυσίων πανήγυριν. Ego hunc sensum esse existimo, ex ipso tantum iucunditatis fermè percepi, quantum ex Bacchanalibus. Huc enim faciunt duo auctorum loca quæ producit.

10. Τόλμα πρήξεως ἀρχά,] Hexameter fuisse videtur, quem sic libẽs numeris restituam: τόλμα πρήξεως ἀρχά, τύχη ἢ τέλους κυρίη.

13. Τὸν Κολοφῶνα] Platonis est in Euthydemo. Infrà, ὅθεν ἐπὶ τ &c. capi etiam pro graculo, testis Hesychius, atque pro pisce marino. Quin & pro calamitatibus: pro capite denique, fine, ac termino cuiusq; rei.

15. ὁ παρὰ δρυῒ σκότος] Longè aliam adfert Plutar. interpretationem, & originem aliam dicti ostendit, in Græcis Quæstionibus: Quod nimirum cum Samij & Prienates, alternante sæpius fortuna ac victoria, inter se bello decertassent, tandem ad locum, cui *Quercus* nomen, pugna congressis optimos quosque ciues Prienensium cecidisse. Vnde & Prienates mulieres tanta calamitate percussas hoc iuramentum Per tenebras apud quercum, pro eo quod fit de rebus, deinceps vsurpasse. Desiderius de ingẽti ac fatali calamitate interpretatur: quod vnde hauserit diuinare equidem non possum: certè Plutarchi locus nihil tale indicat. Fortè quod τὸ σκότος in sacris litteris accipi sciebat pro rebus aduersis, vt Suidas locum illum Psalmi XVII. vers. 29. capit. ὁ θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου. *Deus meus illuminas tenebras meas.* Clarius Isaias, cap. 8. extremo: Καὶ ἰδοὺ ἀπορία στενὴ καὶ σκότος, θλίψις καὶ στενοχωρία, καὶ σκότος, ὥστε μὴ βλέπειν καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. Vulgatus interpres sic: *Et ecce tribulatio & tenebræ, dissolutio & angustia, & caligo persequens: & non poterit auolare de angustia sua.* Eadem tralatione M. Tullius Orat. post reditum: *Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. respicere cœpistis.* Et pro domo sua: *Quæ tu in illis*

Reip. tenebris, cæcisque nubibus & procellis constituisti. Sic & ἡ ὁμίχλη pro Reip. statu perturbato, apud Aristoph. in Equitib. & ibi Scholiastes pag. 337.

16. Τὸν πόλεμον ἐξωρχήσαντο] Operæ hic turbarunt *belluam* pro *bellum* excudendo. Et pro ἑαυτὸν βίον etiam ἑαυτῶν legi potest, vt pro ἐναργία, diuisim ἐν ὀργίᾳ: vt in extremo ἀναβάτας reposui, etsi scriptum esset mendose ἀναβάντας, sumptum autem ex Æliano, ἐν ἐπιτομῇ vt solet, lib. XVI. Animalium cap. 23. Habes eandem Historiam in Athenæo, lib. XII. de Sybaritis atque Cardianis ex Charone Lampsaceno, lib. II. de Finib. ac Limitibus. Ex hac fortasse ductum & illud Adagium: Ἐξορχῇ τὸν γάμον: Nuptijs exsilijsti, cui responderit Clistheni Hippoclides: οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ: Quod & in Diogeniano iam à V. Cl. Iano Rutgersio emendatum, lib. I. Variar. Lect. cap. IX. ex Herodoto, lib. VI. Musarum, & Suidæ collectaneis.

18. Τιβερίου βασιλέως Ῥωμαίων] Suetonius lib. III. cap. 32. Præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus rescripsit: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Et Dio, lib. LVII. κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι: quod Suid extulit οὐ ξυρᾶσθαι. Versus autem hos politicos auctor hic ex Constantino Manasse, vbi de Tiberio Imp. agit, descripsit: quem Manassem & antiquissimum penes me habeo, & elegantibus nuper characteribus Græcis euulgandum curauit Io. Meursius, homo doctiss. deque Græcis litteris tam meritus, quam qui maximè.

20. τοῦ Κροίσου παιδὸς] Historia est apud Herodotum, lib. I. & apud Agellium, lib. V. Noct. Attic. cap. 9.

22. τὸ ἀρνίον σοι λελάληκεν] ita corrigendum hic operarum vitio σφάλμα contractum, cum λελάχηκεν excuderint. Mox pro ἐν Αἰγίνῃ Suidas ἐν Αἰγύπτῳ habet in dict. ἀρνίον, & in Parœmia: τὸ ἀρνίον σοι λελάληκεν.

24. ὀργῆς ὑπομείνας] Suidas idem ὑποφήνας rectius.

25. Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ] Huc pertinet parœmia ἐν οἴνῳ ἀλήθεια: & Senarius ille ab Athenæo ex Euripide citatus:

> Κάτοπτρον γὰρ εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.
> *Forma ære lucet, vina produnt pectora.*

26. γράψας μικρὸν ΟΥ.] In Suida male in Adagio Φιλοξένου γραμμάτιον, τὸ οὐ omissum. Male quoque in Diogeniano, Cent. VIII. Adag. 54. Φιλόξενος γὰρ Διονύσιον καλῶν: lego, Φιλόξενον γὰρ Διονυσίου καλοῦντος, vel, vt Schottus noster emendat: Φιλόξενον γὰρ Διονύσιος καλῶν, ex historia, & Suida, qui ait μεταπεμπομένου Διονυσίου αὐτόν. Huius autem Philoxeni & latumiarum meminit & Ælianus lib. XII. ποικίλης ἱστορίας cap. XLIIII.

27. Τὸ Πάσητος] Suidæ in dict. Πάσης ἡμιωβόλιον est: qui de hoc homine plura narrat magicis suis incantationibus effecisse, vt & conuiuia

uiuia splendida apud ipsum & ministrantes quidam conspicerentur. Pro παρ' ἑαυτῶν autem lego παρ' ἑαυτῷ.

28. τὸ πέλαγος πεύτηρον] Hexameter propemodum versus paucis demptis videatur.

29. περὶ τὴν Ἀκαδημίαν] Male anteà in nostro cod. παρὰ τὴν πηγὴν αὐ.

30. Τὸν Ὕλαν κραυγάζεις] Miserat Hercules Hylam ad fontem aquatum, quem poëtæ fabulantur à Nymphis raptum. Ille diu quæsitum magnoque clamore vocatum, nec inuentum diu luxit. Apollonius Rhodius Polyphemo hanc tribuit inquisitionem lib. I. Argonautic. extremo, & ibi Scholiastes ἄδηλος, & Demetrius Chalcondyles, qui penes nos est calamo exaratus καὶ ἀνέκδοτος. Maro fabulam tangit Ecloga VI. post Theocritum, Eidyll. XIII.

His adiungit Hylam nautæ quo fonte relictum
Clamassent: vt littus Hyla Hyla omne sonaret.

31. Τὸ μὲν νόημα τοῦ θεοῦ] τῆς θεοῦ Suidas. Mox pro ἔλεγον, ὁ μὲν idem legit: ἔλεγον τὰς ἑαυτῶν ἐπινοίας τῆς θεοῦ. ὅτι ἡ μὲν θεὸς ὑπέβαλεν, recta sententia sermone sollertiam suam Deæ adscribentes, quod illa quidem tale consilium suggessisset: ipsi vero rem assecuti fuissent. Hœschelio videbatur, si ὁ μὲν θεὸς legas, vt editum, Ἑρμῆς ὁ λόγιος καὶ διάκτωρ intelligendus: sin ἡ μὲν θεὸς cum Suida legas ἡ Πειθὼ possit intelligi.

33. Τὸ κανοῦν τῆς θεοῦ] Philochorus, Suida teste, dict. Κανηφόροι, refert Erechtheo regnante primùm virgines nobiles institutas, quæ Mineruæ canistrum ferrent, quibus imposita erant, quæ ad sacra Panathenæorũ & aliarum pomparum pertinerent. Idem dict. Κανοῦν eundem morem Athenis fuisse ludis Dionysiacis, additque canistra illa ex auro fuisse facta, & libamina, cultrumque ad hostias mactandas corollis obuincta gestari solita. De castris igitur recte parœmia, non de ijs quæ iam castitatis pertœsæ hoc facto Dianæ fidem facerent, vt in Rob. Constantini Lexico, nescio è quo auctore, legitur. Nota autem τὴν θεὰν absolutè pro Minerua ferè accipi, vt τὸν θεὸν pro Apolline.

34. τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον] Themistius Orat. I. Ἀλλ' εὐθὺς ἀπηχεῖ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. Eiusdem fit mentio apud Theodoretum, lib. X. Therapeut. de Oraculis. Mox: ἐπὶ τῶν πολλὰ λαλούντων, Suidas, ἐπὶ τῶν μικρολογούντων, *de futilibus.* Noster ex Diogeniano habet. Vide sup. Δωδωναῖον χαλκεῖον, vbi clarius ἐπὶ τῶν ἀπαύστως καὶ πολλὰ λαλούντων: *de ijs qui continuo & multa garriunt*: vbi & de lebete copiose.

35. τοῦ Βαύνου χοροῦ.] Suid. legit. τοῦ Βάβυος χορός.

37. Ἐπὶ τῶν ἀποθέτων] Sic in Epimenide Suid. nam in scripto Apostolio ἀποθέντων erat.

38. τὸ μὲν ἐμὸν] Sostratus auloedus apud Stobæum serm. 84. expro-

probrante quodam quod ignobili eſſet genere natus: id magis inquit, admirandum, quod à me genus incipit, ὅτι ἀπ' ἐμοῦ τὸ γένος ἄρχεται. Et C. Lælius, cum ei quidam malo genere natus diceret, indignum eſſe ſuis maioribus: *Vt Hercule*, ait, *tu tuis dignus*. M. Tullius lib. II. de Orat. ad Q. fratr. Et in reſponſione ad Salluſtium falsò illi adſcripta: *Ego meis maioribus virtute mea præluxi: & ſi prius noti non fuerunt, à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Tu tuis vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras; vt etiam ſi fuerint egregij ciues, certè venerint in oblivionem.* Hæc igitur Parœmia è Plutarchi Apophthegmatis ſumpta, vt de Iphicrate in Apohth. Regum & Impp. de quo & idem Stobæus Serm. eodem: Ἰφικράτης ὀνειδιζόμενος εἰς δυσγένειαν, Ἐγὼ ἄρξω, εἶπε, τοῦ γένους.

39. Προδότης γάρ.] Suid. in Φρυνίχου πάλαισμα. De huius autem quo aduerſum Alcibiadem eſt aſtu vſus, vide Thucydidem lib. VIII.

40. De Mida & Cræſo peruulgata res eſt. De Crœſo quidem etiam Theocritus Eidyllio X. ver. 32. De Cynera non perinde notum omnibus eſt. Fuit ergo Eurymedontis, vti quidam volunt, F. Cypri rex opulentiſſimus, qui Achiuos ad ſe venientes, quo tempore Troiam obſeſſum ibant, hoſpitio excepit, & ſe illis neceſſaria ſubmiſſurum promiſit. Quod cum facere neglexiſſet ab Achille diris devotum ferunt, perijſſeque dum cantu cum Apolline certat. Vnde & Cyneram à cyniro inſtrumento Muſico appellatum. Plura de hoc eiuſque hoſpitalitate ac fraude, qua Græcos deluſit, apud Euſtathium leges, Iliad. λ'. Meminit eiuſdem vt opulenti & Pindarus, Νεμεονίκαις, Oda β'. Ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔβρισε πλούτῳ ποντίᾳ ἐν ποτε Κύπρῳ: *Quæ felicitas cum Deo etiam Cinyram auxit diuitijs marina olim in Cypro*. Celebrat & in Πυθιονίκαις. Huius porrò Prouerbij Plato meminit lib. II. de Legibus: ἐὰν δ' ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα καὶ Μίδα μᾶλλον, ἦ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τε ἐστι καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. *Quod ſi opulentior Cinyra aut Mida fuerit, iniuſtus autem ſit, miſer eſt & inſuauiter viuit*. Plura Ouidius lib. X. Metamorph. & Veneris Cypriæ ſacerdotem etiam fuiſſe auctor Tacitus, lib. XVIII. Annalium.

41. Τορώνη*] de Torona Chalcidica vrbe, quam Athenienſes tum tenebant, à Braſida per proditionem intercepta, eadem ab Athenienſibus per vim recepta, ciuibuſque partim interfectis, partim in ſeruitutem cum vxoribus ac liberis redactis, multa quidem Thucydid. lib. IV. belli Peloponn. nihil tamen quod magnoperè parœmiam illuſtret, originemue eius indicet: neque quæ apud Herodotum lib. VII. leguntur. Quidquid eſt, ab inſigni Toronæorum in aduerſis tolerantia manaſſe conſtat. In extremo hic pro ἐν Θρᾴκῃ, Θρᾴκης habet Steph. de Vrbibus.

42. ἰσχυρῶς νοσούντων] ἀσφαλῶς eſt in Plutarchi Timoleonte: vnde locus deſcriptus.

45. Τὸ

45. τὸ ἐμὸν] Platonis est lib. VIII. de Rep. sic alibi Sophocles, teste Eustathio Iliad. ε΄. τοὐμὸν ὄνειρον φρονῶν.

48. τὸν πλουτηκότα] Eidem Chiloni tribuit Laërtius: τὸ μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον. Sed τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν inter leges Solonis commendat Plutar. Ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις τοὺς ἀποιχομένους μὴ λοιδορεῖν, ait Suidas: *moris antiqui fuisse non maledicere mortuis.* ἐπὶ γὰρ τοῖς κειμένοις οὔ φασι δεῖν Lucian. in Nerone.

49. Τραγικὸς Θεοκρίνης] Locus Demosth. est in extrema orat. pro Ctesiphonte: Ἡνίκα ἂν εἰπεῖν τι κατὰ τούτων δέοι ἐν τούτοις λαμπροφωνότατος, μνημονικώτατος, ὑποκριτὴς ἄριστος, τραγικὸς Θεοκρίνης. *Si quando aliquid contra istos dicendum est, hic tu voce es maxime sonora, memoria summa, optimus histrio, Tragicus Theocrines.*

50. τρέχει τὴν ἐσχάτην] Eadem suprà phrasis, τὴν περὶ κεῶν τρέχει, vt subaudias ὁδὸν. vt τὸν ὑπὲρ ψυχῆς θέειν est in Synesio Epist. ad Euoptium fratrem de suo naufragio: νῦν σαφῶς τὸν ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν: *nunc planè de vita periclitamur*, vt subintelligas τὸν δρόμον, quæ dictio alias additur. Sic Aristophanes in Auibus, καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. Et Greg. Theologus ad Cæsarium fratrem: τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον τρέχοντες ἄνθρωποι. Simile autem huic nostræ Parœmiæ exemplum apud Suidam è nescio quo auctore: ἐὰν τὸ δὴ λεγόμενον, τρέχωσι τὴν ἐσχάτην ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους καταφεύξονται. *Quod si iuxta id, quod dici solet, vltimum decurrendum sit curriculum ad Ramanas confugient.*

51 Τρικέφαλος Ἑρμῆς] Ostendit sua explicatione Suidas, exemploque Isæi, compendio dictum τρικέφαλος, subaudito τῷ Ἑρμῆς. Exemplum Isæi Orat. de Euclide: Μικρὸν δ' ἄνω τοῦ τρικεφάλου παρὰ τὴν ἑστίαν ὁδόν. *Paulo superius æde Mercurij tricipitis ad Vestæ viam.* Eras. parœmiam in vehementer astutos, siue etiam ambiguos ancipitesque competere videri ait, ita efformatus forte, quòd in triuijs viarum index collocaretur. Fuit Τετρακέφαλος Ἑρμῆς, cuius statua in Ceramico dedicata stabat, Telesarchidis opus, cum hac inscriptione: Ἑρμῆ τετρακέφαλε καλὸν τελεσαρχίδου παιδ' ἐρεῖς propter quadruplicem Philosophiam rationis, vt ait Eustathius Iliad. ώ. & fusius Iliad. ε΄. Fuit denique ἀμφιπρόσωπος, instar Iani, in homines subdolæ fidei, qui aliud verbis, aliud factis ostenderent. Greg. Nazianz. Epistola ad Nemesium, Ἀμφιπρόσωπος ἑρμῆς, δίγλυφος, οἷα πρόσω τὸ μὲν, ἄλλο δ' ὄπισθεν. *Bifrons Mercurius dupliciter sculptus, quasi aliud ante sit, aliud retrò.* Loco autem Προκλείδη, quod est in nostro auctore & in Suida, Etymologicus legit Πατροκλείδης fort. melius, item sup. eadem varietas. Et pro ὑπάρχου Ἱππάρχου habet idem Suid. vt υἱὸς Attico exaudiatur more.

52. ὁ κροκόδειλος] Leguntur hæc in Æliano, lib. III. de Animal.

cap. XI. vt in trochilo in eodem lib. VIII. cap. 25. Legend. & Plutar. libro de ſollertia animalium.

53. οἱ μὲν τρὶς ἕξ, νίκην] Clarum id ex Æſchyli Agamemnone, vbi excubitor ſtatim initio ſic loquitur, vt rectiſſime Iunius & Canterus emendant: nam Suidas hic prorſus in vitio cubat:

τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι,
τρὶς ἓξ βαλούσης τῆς ἐμῆς φρυκτωρίας;
Feliciter caſurum herilem rem dabo,
Fax iſta quando iecerit ter ſex mihi.

Eſt in Suida altera huic gemina Parœmia: τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἶνας. Sic enim duæ vltimæ dictiones legendæ. In Zenobio pro εἶναι nullius rei οἶναι. τὴν οἴνην, porro pro vnione iactu damnoſo capi teſtis etiam Heſychius. Οἴνη inquit ἄμπελος καὶ κυβευτικὸς βόλος ὁ κενὸς καὶ ἀντικείμενος τρὶς ἕξ. ita enim lego, pro τὴν ἕξω peſſime excuſo. Agnoſcit & Iulius Pollux τὴν οἴνην pro vnionis iactu. Vbi enim excuſus habet lib. VIII. Onomaſt. ἔστι δὲ καὶ οἴνη παρὰ τοῖς Ἴωσι μόνοις. Codex Pollucis M. Sc. qui fuit aliquando Demetrij Chalcondylæ, habet μονάς pro μόνοις. In eod. cod. verba illa excuſi, καὶ οἶνον, καὶ οἴνην deſunt, legitque ἐκδιώκων καὶ Χῖη, ὃν καὶ χῖον ἐκάλουν. ἔστι δὲ καὶ μονάς &c. Hinc & ὀνίζειν pro μονάζειν apud Heſychium.

54. Τριτογενείας ἔφυ παῖς] Non ita capiendum quaſi Minerua aliquando pepererit, quæ poëtis αἰὑμφόλυτος, φυγάδεμνος, καὶ ἄγαμος nuncupatur, ſed quod illam, teſte Suida, ἀνδρόδην veteres exiſtimabant, quod pueros maſculos præſtaret. Qua phraſi dicitur quis Ἄρεος νεοττός: niſi forte quis cum Iunio potius τριτογενὴς παῖς legere malit, iuxta παροιμιώδη verſiculum ab eodem Suida allatum:

Παῖς μοι τριτογενὴς εἴη, μὴ τριτογένεια
Tritogenes mihi naſcatur, non Tritegeneia.

Quod votum videtur optantis maſculam prolem, vt altero illo ſexu ſequiore nobiliorem. Ibidem φθίνοντος τριτῆ. ſecunda vox in Suida deſideratur. Aliam præterea huius epitheti Mineruæ rationem adfert Diodorus Siculus lib. I. Euſtathius ad Homeri verſum 515 Iliad. δ'. & ad verſ. 39 Iliad. θ'. Etymologus denique, vt Hœſchelius nos monuit.

55. Ἐπὶ τῶν μεμνημένων] vt inf. probat τὴν τριττὺν, ſeu, vt alij ſcribunt, τὴν τριττύν, vel τριττύαν perfectum ſacrificium fuiſſe, quod ex ſue, ariete, & hirco conſtabat; ita hic oſtendit libationis in conuentu eius abſolutum modum fuiſſe, vbi primus calix Dijs Olympi incolis, ſecundus Heroibus, tertius ipſi Ioui ſoſpitatori, qui & ipſe Olympius Pindaro dicitur, miſceretur, ac proinde non male, vt videtur, Apoſtolius noſter interpretatur de ijs qui res ſacrorum abſolutiſſime ac pro-

ac prosperrime edocti sunt. Erasmus tamen Adagij vsum esse posse putat, cum significabimus nos ad id quod in negotio postremum ac præcipuum est; ac cetera: quem vide copiose ac docte de hac re disserentem. Ibidem 'ολυμπικῶς, rescribendum puto 'ολυμπικῷ. vt Plato lib. de Repub. IX. De hoc vide Pindarum Isthmionicarum initio Odæ VI. & ibi Scholiasten pag. 469. edit. nouæ Pauli Steph. Vnde locum hunc, vt & apud Suidam, corrigendum Dau. Hœschelius existimabat. Sic enim Græcus ille interpres. τὸν μὲν γὰρ πρῶτον, Διὸς 'Ολυμπίου ἐκίρνασαν. τὸν δὲ δεύτερον, ἡρώων· τὸν δὲ τρίτον Διὸς σωτῆρος. De hoc tertio Plato in Charmide, & in Philebi epilogo, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι. Et Epist. VII. ad Dionis propinquos & amicos: οἶνος ὕδατι κεκραμένος, Διὸς σωτῆρος. Diodorus Siculus lib. IV. Biblioth. pag. 189. Hoc autem πλήρωμα Διὸς σωτῆρος dixit Archestratus Dipnologus lib. I. apud Athenæum. Hesychius vero: τρίτος κρατὴρ: Σοφοκλῆς ναυπλίῳ καταπλέοντι. ἐν ταῖς συνουσίαις ἐκιρνῶντο κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς 'Ολυμπίου, καὶ θεῶν 'Ολυμπίων ἔλεγον. τὸν δὲ δεύτερον ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος. *Tertius crater. Sophocles in Nauplio in portum appellente. In conuentibus tres calices miscebantur, quorum primum Iouis Olympij & Deorum Olympiorum appellabant: secundum Heroum, tertium sospitatoris.* Hunc vltimum perfectum fuisse habitum Suidas tradit. Prouerbium porro ex Pindari Isthmionicarum principio Odæ VI. vt dixi, concinnatum. Sic enim canit olor ille Lyricus:

-- Εἴη δὲ τρίτατον Σωτῆρι πορσαίνοντας 'Ολυμπίῳ 'Αιγίναν καταστένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς. *Contingit tertium Seruatori parantes Olympio Æginam perfundere mellisonis carminibus.* Vouet itaque tertiam victoriam Olympicam Ioui sacram: sicut in conuiuijs tertium poculum est Iouis Seruatoris. De tribus autem hisce Crateribus, qui sapientum sunt, vt & reliqui, qui furentium fiunt, insignis est apud eundem Athenæum locus lib. II. Deipnosoph. ex Eubulo, Bacchum loquentem introducente: Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω, &c.

56. οἱ Δαρδανεῖς] Articulum tollo, vt trimeter constet.

57. 'Επὶ τῶν μεσῶν συμφορῶν] Malim μεστοῦ συμφορᾶς ex Hesychio & Suida nota res, à Tragœdia deducta: licet quæ Apostolius adfert, alio detorquere videatur, vt *Hircinum malum* vertendum esse videatur, vt sequentia docent: & τράγος *hircum* sonat, vt vel pueri norunt. Quæ subijcit: οἱ τράγοι, ea ex Æliano, lib. I. de Animal. sumpta, cap. 26.

59. Τροφωνίου μεμαντεῦσθαι] Vtitur Maximus Tyrius disertus philosophus, Dissertatione XXVI. Mox pro κατιδον, Suidas κατιδόντα præfert. Infra: ὡς τοῖς 'Αργείοις, male in Æliano ὡς τοῖς σκάργοις, nisi forte ex eodem lib. cap. 4. σκάρους leg. sit, qui pro gregalibus suis pugnant. Idem mox: ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἰδίας συννόμου ὡς ὑπὲρ γαμετῆς. sed noster compendio fere, vt sæpe iam admonui, sua ex Æliano descripsit.

61. ὡς Αἰλιανός φησι] Verba Æliani ſunt lib. XII. cap. 10. Τρυγόνος λαλίστερον ἔλεγον. ἡ γάρ τοι τρυγὼν καὶ διὰ τοῦ στόματος μὲν ἀπαύστως φθέγγεται, ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν κατόπιν μερῶν, ὥς φασι, πάμπλειστα. Μέμνηται δὲ καὶ ταύτης τῆς παροιμίας ἐν τῷ Πλοκίῳ ὁ αὐτὸς (Μένανδρος) καὶ Δημήτριος μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ τῷ δράματι μέμνηται, ὅτι ἐν τῇ πυγῇ λαλοῦσιν αἱ τρυγόνες. *Turture loquaciorem quempiam dicebant. Turtur enim & ore ſemper, & poſtica etiam parte, vt aiunt, plurimum garrula eſt. Meminit huius parœmiæ idem etiam* (Menander) *in Plocio, & Demetrius in Sicilia fabula, turtures poſtica parte loquaces eſſe commemorat.* Ibidem, εἰ τὰς θαλαττίας, eadem rurſum fere Ælianus lib. XVII. cap. 18. Animal. Quæ autem de paſtinacæ fure Leonides Byzantius tradit, ex eodem Æliano ſunt libro II. de Animalib. cap. 50.

62. Τραγικὸς πίθηκος] Ita vocat Æſchinem Demoſthenes Orat. pro Cteſiphonte de Corona: ad quem locum Hier. Wolfius vir doct. ἔοικε λέγειν τοῦτο ὁ ῥήτωρ, ὡς καὶ παρὰ τὴν ὑπόκρισιν ἀτυχοῦντος τοῦ Αἰσχίνου. Quamquam ibi non Τραγικὸς ſed αὐτοτραγικὸς, etiam in M. Sc. noſtro ſatis vetuſto ſic legitur: αὐτοτραγικὸς πίθηκος ἀρουραῖος Οἰνόμαος παράσημος ῥήτωρ. Idem ſcomma in Chriſtianos ab Ethnicis iaci ſolitum, perinde quaſi vultu habituque pietatem profiterentur, & ſcelerati alioqui haberentur, B. Hieronymus alibi in Epiſtolis teſtatur.

63. Τροχὸς τὰ ἀνθρώπινα] id eſt, ὁ βίος τροχός. *Vita inſtar rotæ*, vt Phocylides ait verſ. 25.

Κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος.

vel κύκλος τὰ ἀνθρώπινα, circulus eſt rerum humanarum, vt in Herodoti Clio, & exponunt Ariſtotel. lib. IV. Phyſicæ auſcultationis cap. 14. & Problem. III. Sect. 17. & Greg. Nazianz. Oratione ad ciues trepidantes, & De pauperum amore. Siue ergo *rotam*, ſiue *trochum* vertas, perinde parœmiæ quadrat. De priore ſignificatione multa Eraſm. Chiliade IV. Cent. VIII. Adag. 26. De rotæ ſimilitudine vt alia omittam, locus ille inſignis apud Zonaram in vita Baſilij Imp. Macedonis, vbi deuicto Agarenorum exercitu captus illorum Imperator, quem Sultanum vocabant, à Rege Francorum, cum toto biennio riſu abſtinuiſſet, tandem ridere viſus eſt. Cuius rei cauſam interrogatus, reſpondit ſe rotas in curru vidiſſe: quarum nunc vna pars terræ allideretur, nunc eadem ſurſum attolleretur, nunc rurſum ea quæ in ſublimi fuerat deprimeretur. Vnde argumento capto mobilitatis rerum humanarum, ſe in riſum erupiſſe, ſperareque fieri poſſe vti ſuarum quoque rerum ſtatus eandem mutationem admitteret: vt qui nunc ex edito loco in humilem adeo deiectus eſſet, in priſtinum denuo erigeretur. Eadem hiſtoria eſt in Theophane apud me M. Sc. at breuius, qui barbarum hunc ἀγίλαστον Σουλδάρους, non Σολδάνου, vt hic,

cogno-

cognomentum tribuit. Simile in Nicephoro est de duob. Regib. currum triumphantis Sesostris pro iumentis trahentibus, libro XVIII. Hist. Eccles. cap. 29.

64. τριμκέφαλε] Themistius Orat. IV. & Iustin Martyr. Epist. ad Zenam. Quod de amicorum coniunctione accipit Lucianus in Toxari. Philo Γηρυόνlω τὸν τρισώματον appellat, libro aduersus Caium, vt & Diodorus Siculus libro IV. Biblioth. Quod ait: φασὶ γὰρ Γηρυόνlω, id ex Palæphato desumptum.

65. In extremo: πόδας ὡς ἄρκτυ, male in Hesychio est ἄρκυ.

66. τυφῶν© πολυπλοκ.] Parœmia est ex Phædro Platonis, qui est de pulcro: quem locum etiam Plutarchus descripsit libro Aduersus Colotem. Verba Platonis sunt: Σκοπῶ ὐ ταῦτα, ἀλλ' ἐμαυτὸν, εἴτέ τι θηρίον ὢν τυγχάνω τυφῶν© πολυπλοκώτερον, καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον, εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἁπλούστερον ζῶον θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. *Non ista, sed meipsum considero. Nam bellua quædam sim Typhone multiplicior iactantiorque, siue mansuetius aliquod & simplicius animal diuinæ cuiusdam ab omni fastu alienæ sortis naturæ particeps.* Quæ Socratis verba non ad subuertendam vitam, sed ad fastum stuporemque molestasque & nimias illas hominum de seipsis opiniones atque iactantiam inde expellendas Plutarchus facere ait: quæ ipsa quoque hanc parœmiam satis explicant. De *Typhone*, seu, (vt Latini poëtæ, eorumque princeps semper appellant. Τυφῶν quoque τυφῶς Pindaro Pythionic. Od. I.) *Typhoeo* ἑκατογκεφάλῳ, quomodo Tellus ob cædem gigantum irata, Iouem apud Iunonem calumniata sit: illaque rem Saturno aperuerit, & ille duo oua ei dederit terra occultanda, vnde nasceretur qui Iouem regno detruderet, aliaque id genus λῆρώδη, longa est fabula: quam vide apud Eustathium in Iliad. β'. eiusque allegoricum sensum. Malim autem in Apostolio & Suida legi Τυφῶν© πολυπλοκώτερον θηρίον, *Typhone multiplicior bellua*, ex Platone & Plutarcho: quo visus & Sextus Empiricus lib. I. contra Logicos, cap. de homine. aut Τυφῶν© πολυπλοκώτερ©, & τυφ. ποικιλώτερ©, *Typhone multiplicior, & magis varius.*

67. τυφλὸν ὄνειρον] Melius fort. τυφλοὶ ὄνειροι. Nimirum hæc illa sunt Insomnia, quæ per portam elephantinam ab inferis mitti dicuntur, teste Marone extremo lib. VI. Æneid.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, quâ veris facilis datur exitus Vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto:
Sed falsa ad cælum mittunt insomnia Manes.

Qui locus haud dubie ex Homero expressus Odyss. τ'. hoc initio:

Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων, &c..

Vbi pro ἀμενηνῶν, Suidas [illegible] legit [illegible] porro Somniorum

 generib.

generib. legend. Macrobius, cap. III. lib. I. in Somnium Scip. M. Tullij. τοῦ ὀνείρου quoque & ἐνυπνίου discrimen apud Suidam dict. ὄνειρος, & Eustathium dicto loco.

69. τυφλῶται] Plutarch. in Quæstion. Platon. pag. 406. edit. Xylan. & pag. 30. ἐπιτυφλῶται περὶ τὸ φιλόμωμον τὸ φιλοῦν.

72. τῶν ἐαρινῶν] Hexameter erit si legas

Πλείονες ἐαρινῶν φύλλων εἰσ' οἱ συκοφάνται.

Plures quam vernæ frondes nunc sunt sycophantæ.

74. τῶν καλῶν] Ex Plutarchi Apophthegmatis.

76. τῷ θριῷ] Parœmiam esse arbitror adhibendam cum quis hominis lubrici fallacem dolosumque sermonem dicat validis argumentis reuincendum.

77. τῶν δ' ὄνων] Allusum videtur ad versum antiquum

Ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης: τῶν δ' ὄνων οὐδὲν μέλει.

Tu tuo curru vtere, & nil curæ aselli sint tibi:

Cum quis rebus priuatis acquiescit, relictis alienis.

78. Τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος νικᾷ] Ductum à iudicijs, vbi maior pars in suffragijs ferendis vincebat minorem. Hinc formula illa apud Romanos in renunciandis suffragijs: HÆC PARS VIDETVR ESSE MAIOR. Vide Brissonij Formulas.

81. ὑγιέστερος Κρότωνος] Potest dictum videri vel ab vrbe Crotone omnium saluberrima, teste Strabone, lib. VI. Geogr. vel ab insecti genere boues canesque infestante: de quo Suidam lege. Vel denique à Crotone gummi Ægyptij specie, cuius varius in medicina vsus. vide Hesychium, & copiose Erasmum. Strabo tamen à Crotone vrbe, vt dixi, deriuare mauult, & ab eodem fonte hæc quoque deriuat: Κροτωνιατῶν ἔσχατος πρῶτος τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. *Crotoniatarum postremus, primus est aliorum Græcorum.*

85. ὕδρας κεφαλὰς τέμνεις] Ex Palæphato, in quo tamen Hydræ quinquaginta duntaxat capita tribuuntur.

86. ὑδροφορίαν ἄγεις] Potest Parœmia, si modo Parœmia est, in eum iaci, qui tristitiæ seu affectui nimium se tradit, idque publice præ se fert.

87. ὕδωρ δὲ πίνων] Suid. legit: ὕδωρ δὲ πίνων καλὸν οὐ τίκτεις ἔπος. *aquam bibens carmen bonum non panxeris.* Hinc scite Demetrius, seu Niceratus Halicarnasseus, vinum poëtarum equum sic appellat:

Egregio vati vinum fit Pegasus ales.

Ferunt Æschylum nobilissimum poëtam non nisi inter calices Tragœdias suas scripsisse: & *Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosilijt.* Plura Had. Iunius Emblemate XXXIV. ad illud: *Vinum ingenij fomes.*

90 ὑμεῖς]

90. ὑμεῖς] Integer versus oraculo redditus:

Ὑμεῖς δ᾽ Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Vide Suidam & hic, & Scholiasten Gr. in Theocritum.

91. ὑμεῖς δαίμονα] Si mendo locus vacat, λήξεται Fut. I. Medium dixerim verbi λαγχάνω.

94. ὕπνοι καὶ κόποι] Legitur apud Platonem lib. VII. de Rep.

95. ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους] De hoc Prouerbio copiosius Zenobius, qui pro ἐν Κορίνθῳ legit ἐν Καρύστῳ. Suidas quoque, qui etiam aliam parœmiæ originem facit, à Callicrate Atheniensi quodam, qui iudiciarias mercedes in immensum auxerat.

96. ὑποψηνιστμένη] ὑπόπτεξ Lucian. clarius Suid. ἀκμαῖα πρὸς τόκον τὸν ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενον σκώληκα ὃν οἱ γεωργοὶ ἐφάπτουσι τῶν κλάδων τῆς συκῆς, ὅπως ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν μὴ ἀπορρέῃ. *mulier partui apta siue prægnas, à psene vermiculo, qui in grossis generatur: quem agricolæ ramis ficulneæ illigant, ne fructus illarum diffluat.* Et dict. ψῆνες. κωνώπια interpretatur, τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις γινόμενα εἰς (male excuditur εἰ) τινες καὶ τῶν ὀλύνθων περιαπτομένων ταῖς συκαῖς πεπαίνουσι τὰ σῦκα. *Culices grossis innatos, quibus quidam etiam ipsos grossos ad ramos ficulneæ adaptatis, ficus maturas reddunt.*

98. ὑπερβερεταῖος] Iosephus lib. III. Antiquitatum seu Originum, cap. X. Τῷ δ᾽ ἑβδόμῳ μηνὶ, ὃν Μακεδόνες Ὑπερβερεταῖον καλοῦσι. Meminit eiusdem mensis & lib. VIII. cap. 7. Zonaras in expositione Canonis Apostolorum XXXVII. Ὁ μὲν παρὼν κανὼν, καὶ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν κά. τὴν τετάρτην ἑβδομάδα τὴν μετὰ τὸ Πάσχα ὁρίζουσι, καὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρὸν, ἤγουν τὸν Ὀκτώβριον. οὗτος γὰρ ὁ Ὑπερβερεταῖος.

99. Ὑποζυγιώδης ἄνθρωπος] Ex Etymologo Græco desumptum.

100. λείπει τὸ, εὕδει] Suidas exaudit ὕπνει.

CENTVRIA XX.

TUrbant hic numeri Adagiorum, denario operarum ῥαθυμίᾳ interiecto. nos rectam seriem calculumque quâ possumus, sequemur.

Paral. Cent. IX. Adag. 33.

Εὐρύβατος] De hoc plura notabam ad lib. II. de vita Teclæ protomartyris, vt à Basilio Seleuciensi descripta typis exijt Plantinianis.

Adag. I. Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς] Sic Lucianus in Gallo: sed ἁλλεσθαι Plato in Cratylo.

2. ὑπὲρ τῶν ὅλων] ἐκκυβεύειν Polybius dixit. τὸν περὶ τοῦ παντὸς ἀναρρίπτειν κύβον, Suid. Prouerbium autem hoc Iulio Cæsari Rubiconem transeunti vsurpatum: qui consecutus ad Rubiconem Fl. qui prouinciæ eius finis erat, paullum constitit, ac reputans quantum moliretur,

conuersus ad proximos: Et iam nunc, inquit, regredi possumus. Quod si ponticulum, transierimus, omnia armis agenda erunt. Et mox: Eatur, inquit, quo Deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat: IACTA EST ALEA. Sueton. Eadem imagine Petronius Arbiter:

Iudice fortuna cadat alea -- Et Lucanus: -- *ruit alea fati*
Alterutrum mensura caput. vt erudite Læuinus Torrentius adnotauit.

3. ὑπὲρ περιστροφῆ.] Sic etiam Hesychius & Zenobius. Suidas semel περιτρέπη, & alias περίτρεφεν: sed hoc vltimum minus rectè:

6. ὑπ' αἰδοῦς] Ad numeros constituendos mallem legere:

ὑπ' αἰδείους δὲ οὐ λίαν ἀσπάζομαι,

7. ὑπονέμια] Leg. forte ὑπηνέμια vt mox 10. Iliad, ἐπαίνων σκιαὶ, non satis concoquo. Quid si scriptum fuerit, καὶ ὕπνων vel κάπνου σκιαὶ.

9. ὑπόχαλκον χρυσίον] Themistius Orat. I. ἢ περφύραν, ἐψευσμένην αὐθίς, εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσάγειν.

10. ὑπηνέμια τίκτει] Ab auibus ducta Parœmia, quæ desiderio matris, cuius vocem forte audierant, aut pulueris affrictu, aut vento, aut mutuo denique initu oua subuentanea pariunt, ex quibus nullus fetus generatur. Non longe hinc abit illud Homeri: κακὸν δὲ ἀνεμώλια βάζειν: *malum est ventosa loqui.*

11. ὑπὲρ τὸν Ὑπέρβολον] In homines litium iudiciariarum amantes. Hinc Aristophanes Suida citante: οὐ συντυχὼν σ' Ὑπέρβολος δικῶν ἀναπλήσει. Hyperbolus δημαγωγὸς, de quo Thucydides lib. VIII.

12. ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς] Celebris Parœmia & à Zenobio copiose enarrata. Alij περὶ ὄνου σκιᾶς, Plato in Phædro: Origines lib. III. contra Celsum, Lucianus in Hermotimo, additque hic μάχεσθαι.

13. Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον] Ex Diogeniano. Addit Hesychius δερμαίνεται. Mox quæ ex Democrito, ea ex Æliano deprompta lib. XII. Animal. Hist. cap. 16.

14. Ὗς διὰ ῥόδων] Ita Suidas: Erasmus ῥοιΐδων haberet quod noster ῥοΐδων, diminutiuo ἀπὸ τῆς ῥοίας, à malo Punico. Pro ἀπαιδεύτων ἀναγώγων in Suida legitur: qui etiam Cratetem ἐν γείτοσι citat. Statim ὗν ἐπ' ἄγριον, versum ex Æliano lib. II. Animal. cap. 3.

16. Θεόκριτος] Locus est in Hedœporis, vbi Scholiastes ait sic vulgo Parœmiam efferri ὗς ὢν πρὸς Ἀθηνᾶν ἐρίζεις.

19. ὑπήτης ἐπίφθη] ὑπηρέτης Eras. non male opinor. Olethacr. Parœmia cerem vulgi, & in ἀπολαμβάνουσι aliquid desidero, forte πληγὰς, πηλὸν, aut quid simile deest.

20. Φάλλικον] Ita emendo, cum antea Φαλέκιον legeretur. In Hesychio est Φαλλίκων ὀρχημάτων. οἱ δὲ μέλος ἄλλος ᾠδὴν ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδομένην. Emenda Φάλλικον, vt & in Polluce: vtrobique enim corruptum.

Qui

Qui plura de abominando hoc myſterij ritu cognoſcere volet, adeat Plutarchum, lib. de Iſide & Oſiride: Euſtathium in Iliad. λ'. Iulium Firmicum Maternum De myſterijs & erroribus profanar. Religionum, Suidam, & alios. Ithyphallica quoque ne Latinis quidem ignota, ſed reiecta, & à ſacris aliena.

21. ὡς καὶ ὁ ποιητὴς] Homer. Odyſſ. σ'. verſ. 84. 115. Et φ'. verſ. 308. Euſtathius ad verſ. 84. & Scholia parua hoc ipſo loco, qui corruptoris filiarum Metopæ & Amphiſſæ, nomen non αἰχμόδημον, vt noſter, ſed αἰχμόδικον appellant. Addunt eadem Scholia Echetum filium fuiſſe Bucheti, à quo & in Sicilia *Buchetus* vrbs condita fertur: ita enim meus Homeri cod. cum ſcholijs antiquis, non *Bucetus*, vt excuſum video, ſcribit cum ſpiritu. Addit Apoſtolius: Καὶ τῇ Ἰωνιᾷ, id eſt, τῇ συναγωγῇ τῶν Παροιμιῶν. Phalaridis autem, quam hic laudat, epiſtola eſt inſignis CXXIV. ad Athenienſes: item ad Teleclidem, Epiſt. LXV eadem de re: idemque notum etiam è Luciani Phalaride I. Vide Pindari Græcum interpretem ad Pythionicor. Odam I. extremam, & Io. Stobæum, Serm. XLVII. & Plutarchum Parallelis Græc. & Rom. nu. XXXIX. apud quem Πέριλλος dicitur, non, vt hic, Περίλαος ὁ Ἀθηναῖος. Et Plinius, lib. XXXIV. cap. 8. *Perillum*, inquit, *nemo laudat ſæuiorem Phalaride tyranno, qui taurum fecit, mugitus hominis pollicitus igne ſubdito: & primus eum expertus cruciatum iuſtiore ſæuitia.*

22. Φασηλιώτων] Zenobius Φασηλιτῶν, cuius & ſcriptus Vaticanus codex Calabrum nominat, qui hic Colaber eſt, de qua nihil equidem comperi: habetque τοῖς θεοῖς Eraſ. vero *Dio Capro*. Heſychius Κόλαβρον χοιρίδιον (male vulgo χοιλίδιον excuſum) interpretatur. Proinde *porcello Deo* potius dicendum fuerat. Sed quis ille tam ſordidus Deus? Forte ducente eodem nos Zenobio legendum eſt: Φασηλιώτας, aut Φασηλίτας γὰρ τάριχον σὺν τῷ κολάβῳ (offæ ſeu placentæ id genus) τοῖς θεοῖς θύειν φησὶν ὁ Καλλίμαχος.

23. τῷ δὲ Φάωνι] Exſtat fabella in Æliani Varia Hiſt. lib. XII. cap. 18. De Sappho vide Ouidij ſub eius nomine ad Phaonem epiſtolam in Heroidib. Pro ἐνομίζετο, ἐκομίζετο mallem. De Leucade ſaxo, quo ſe amantes præcipitarint, Photius in Biblioth. commemorat.

24. Φέρει καὶ ὄρνις γάλα] Eſt in Athenæo, lib. IX. Dipnoſoph. hic verſus ex Mneſimachi Philippo: Ἀνώπερον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα. *Gallinæ adeſt lac, ecce, quod rariſſimum.* Et lib. II. ait Anaxagoram in libris De natura, auctorem eſſe lac gallinæ album oui vocari. Quem locum Euſtathius citat Odyſſ. δ'. ſed male omiſſa hac dictione. Legend. enim opinor: ὡς καὶ ὀρνίθων γάλα κατὰ Ἀναξαγόραν ἐν τοῖς ὠοῖς λευκὸν ὁ Ἀθήναιος παραδίδωσιν: atq; de inſigni felicitate vſurpari ait, vt & hæc: Διὸς γάλα. *Iouis lac*, quod eſt in eodẽ Athenæo, lib. XIV. & Διὸς ἐγκέφαλος *Iouis cerebrum.*

26. φεραύλας] Concinno locum metri lege Iambici: βληθεὶς φεραύλας, οὐδαμῇ μετεστράφη. Porro factum hoc generosissimum apud Xenophontem leges lib. VIII. περὶ Κύρου παιδείας. Mox ἐν ᾧ.. ἐξήλασεν Xenophonti hæc desunt. pro ἀφιέναι, ἀφεῖναι Leunclaij Xenophon, idemque legitur. σύρων ἢ ὁ προστατῶν. ἀρμενίων ἢ Τιγράνης. ὑρκανίων ἢ ὁ υἱὸς τοῦ Ἱππάρχου. Rursum pro δέξαιμι ἄν, δεξαίμην ἄν Xenoph. in quo edito male omissum ὁ Κῦρος. & προσῆλθεν pro συνῆλθεν.

28. Τοῖς τῆς Ἴσιδος πλοκάμοις] Apud Plutar. Ἴσιδος τρίχες sunt plantæ marinæ genus lib. De facie in orbe Lunæ. De eiusdem Isidis crinibus in luctu euulsis, vide Etymologum in Κοπτός. Illud: φιλοτιμοῦνται ὡς Μεμφῖται sumptum videtur è Luciano. Sic enim ille lib. aduersus indoctum libris tumentem: Ἔχει μὲν τὸ κιμήλιον τοῦτο καὶ δείκνυσιν, ὡς Τεγεᾶται τοῦ Καλυδωνίου τὸ δέρμα, καὶ Θηβαῖοι τὰ ὀστᾶ τοῦ Γηρυόνου· καὶ Μεμφῖται τῆς Ἴσιδος τοὺς πλοκάμους. Meminit & in Arcadicis Pausanias.

29. Πιστότατα] πιστοτάτων rectius fort. aut πιστότατα φιλούντων. Est hæc historia seu fabula ex Æliano, lib. VI. de Animal. cap. 2. Illud, οἷα φίλην ἢ ἐρωμένην περιεῖπεν, οὐκοῦν. Ælianus sic: εἶχεν οἷα δήπου φιλ᾽ ἢ ἐρωμ. ἀγαπῶν καὶ περιέπων ἰσχυρῶς οὐκοῦν. Et pro κενέβρειον τι, Ælianus νεκρῶν μέρος τι. Rursum. ἐδωδιάς τινος ex eo ipso Æliano, lib. V. de Animal. cap. 4. in quo statim pro μετειληφέναι, μετειληχέναι est. Homericum illud: Ἤρα τι καὶ περὶ δοῦρε, in Hom. aliter Iliad. φ. vers. 577. Ἀλλά τι καὶ.

32. φιλέψιος] in Hesychio est φιλέθειος.

33. φιλεῖ γὰρ θεὸς] Verba sunt ex Artabani apud Herodot. lib. VII. oratione.

34. φιλεῖ ἢ] Vide sup. Prouerb. Σὺν Ἀθηνᾷ ἢ χεῖρας κίνει.

35. νυκτὸς καὶ ἡμέρας] Schedæ Vaticanæ apud Schottum nostrum νύκτα καὶ ἡμέραν, & Suid. itaque Erasmus, recte. Similes supra fraudes, & de Didone fundum Carthagine coemente. P. Maro: *Taurino quantum possent circumdare tergo.*

37. Φοινικήια γραμ.] Non ἐπιθετικῶς, sed ex ipsis litteris interpretari videtur Hesychius, aliamque assignat causam quare Cadmus è Phœnicia illas reportasset. Herodotus Terpsichore eas nominat, & Καδμήια γράμματα ibidem. Suidas Cadmum litteras in Græciam primum intulisse scribit, quas Phœnices primi inuenerint, allato hoc Zenonis Epigrammate, vt vir clariss. Io. Goropius Becanus Belgij, dum vixit, decus emendavit:

> Ἔστι πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; εἰμὶ δὲ Κάδμος
> κεῖνος, ἀφ᾽ οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.

Id est, eodem interprete:

> *Sum patria Phœnix, quis liuor? sum tamen ille*
> *Cadmus, cui debet Græcia tota libros.*

38. φοι-

38. φορμίων@ σιβάς] De hoc Phormione militiæ duce fortissimo laborisque patientissimo copiose Suidas, τὴν σιβάδα autem Hesychius interpretatur τὴν ἀπὸ ῥάβδων καὶ χλωρῶν χόρτων στρῶσιν, καὶ τὴν φύλλων χαμαιποιητὴν: *Ex ramis & viridibus herbis stratum, siue quæ humi fit inter folia cubationem*: qualis fere militum esse lectus solet.

39. φοινίκων αὖθις ἐπιθυμεῖ] aut mendosus locus vt mutilus, aut ego fallor. Videtur germana illa Parœmia: οἶδ' ὃ θέλεις, σῦκα θέλεις. *Scio quid petas, ficos petis.* Vide & Σικελὸς θάλασσαν, *Siculus mare.* Quæ de Phœnice aue suntque ex Æliano, lib. 6. de Animal. cap. 58. nihil huc admodum pertinent, nisi ἔτη pro αὖθις vel ἐνιαυτοὺς potius legas. Fallit multos φοίνικ@ vocis ἀμφιβολία, in palma arbore & in aue longæua, si vera est fama: qualia exempla collegit M. Ant. Muretus, lib. XIII. Variar. Lect. cap. XII. Prouerbij & illud specie aut γνώμης sic dictum: τὰ παθήματα μαθήματα. Mox pro λογικῆς, λογιστικῆς rectius videatur, vt in Æliano est, quem hic denuò ἐν ἐπιτομῇ descripsit.

41. φρουρᾶς ᾄδων] Est in Aristophanis nubibus: φρουρᾶς ᾄδων ὀλίγου φροῦδ@ γεγένημαι: *Excubiarum causa cantans penè perij.* Admonet Eras. etiam legi φρουρὸς ᾄδων, *Excubitor cantans.* Scholiasten Græcum adito.

43. τοὺς φρουροὺς αὐτὸς] Suid. αὐτῆς melius, nisi forte malis αὐτοῦ.

47. φρυνώνδας ἄλλ@] De hoc Eustathius in Odyss. κ', & copiosius Suidas hac dict.

48. φρυνίχου πάλαισμα] De huius astu Thucydides, lib. VIII. & Suid. hac parœmia.

53. φώκου ἔραν@] Constat ex Zenobio Phocum symbolas in conuiuium frequenter Procos filiæ suæ poposcisse. Vnde verisimile est illos perditæ rei, & spe nuptiarum diutius delata impatientes hominem de medio sustulisse.

54. φωνά τοι τὶς] Plutar. in Apophthegm. Lacon. φωνά τύ τις ἐσσι. Et mox pro ὁρῶν, legi queat εὑρών. Et in editis libris τίλας simplici λ legitur.

55. χαλεπὰ τὰ καλὰ] Platonis est in Cratylo, in Hippia maiore, & lib. IV. de Rep. Pittaci quoque dictum χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι apud Laertium est in vita Pittaci: qui è Simonide quoque Πιττάκειον esse probat. Refert illud etiam lib. de liberis instituendis Plutar. Pro θαυμάζοντας malè in Suida ἀκμάζοντας, qui hinc corrigendus, & δημοτικὸν Suidas non male. Lege Zenobium Cent. VI. Adag. 38. & Hesychium dict. χαλεπά: qui hinc Prouerbium ortum ait, quòd cum Solon facta Periandri cognosset, hæc verba pronunciarit. Sed mutilus fortasse is locus, & è Zenobio explendus.

59. χαίροις Ὑψιπύλη] Quæ Luciano Ὑψιπύλη lib. de Saltatione, illa Pindaro ὑψιπύλεα Olymp. Ode 4. vt sit δικατάληκτον, quemadmodum

Περσεφόνη & Περσεφόνεια apud eosdem, atque alia non nulla id genus nomina propria θηλικά. Est, vt apparet, locus vbi mulier colloquens cum alio, viso marito, non respondet amatori suo ad rem. Simile huic alterum etiam Adagium: Ἄμας ἀπήτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας, apud Plat. lib. περὶ ἀδολεσχίας. Pro ἤκοιτις legit Eras. ἀκοίτης, rectius, vt opinor.

60. ὁ χαμαιλέων] Ex Æliano ad verbum lib, II. cap. 14. de Animal. transcripta: vbi in editis legendum τὴν τῶν ὁρώντων ὄψιν, & περιτύχοις μέλανι. Et mox ex eodem lib. IV. Animal. cap. 33. & in album etiam verti colorem ait. Excusus vero Apostolius omnem] colorem præterquam album induere asserit, quod & Plutar. asserit lib. de amici atque adulatoris discrimine. Et Plinius lib. VIII. cap. 33. *Reddit colorem, quemcumq; proxime attingit, præter rubrum candidumq;.* Idem lib. XXVIII. cap. 8. *Nullum animal pauidius existimatur, & ideo versicoloris esse mutationis*: Διὰ γὰρ τὸν φόβον πολύμορφος, Aristot. lib. IV. de partib. animal. cap. XI. In Æliano quoque emendandum, vt hic, ὑποκριθεὶς, pro ὑποκριτής.

61. Χάραξ τὴν ἄμπελον] Est & apud Zenobium, qui integre efferri ait ab Aristophane in Vespis nimirum: Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. *Vallus fefellit funditus vitem suam.* Trochaicus est integer Εἶτα νῦν ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον *Nempe nunc prorsus fefellit vineam palus suam.* In Hesychio pro πάθη, quod Zenobius, Suidas & noster habent ἀπατηθῇ legitur, non male. Lege Eustathium ad vers. 563. Iliad. σ'.

62. Χαλάζω τὴν ἱερὰν] Metaphora à nautis, qui inter ceteras anchoras vnam habent omnium firmissimam, quam ἱερὰν, hoc est sacram nominant, quam non nisi in extremo constituti periculo laxare solent. Pro validiore igitur auxilio sumitur. ἄκουσον δὴ ἱερὰν φασὶν ἄγκυραν, καὶ ἣν οὐδεμία μηχανῇ ἀπορρήξεις. *Audi igitur sacram, vt aiunt, anchoram, quam nulla vi abruperis.* Lucian. in Ioue Tragœdo. Et in Hecuba Euripides ab eadem tralatione:

Ἄγκυρα δή μου τὰς τύχας ἔχει μόνη. *Nituntur vna res meæ nunc anchora.* Nisi ad alterum respexit Adagium ἐπὶ δυεῖν ὁρμεῖ, *Duab. nixus anchoris in portu sedet.* Quomodo & Pindarus Lyricus *Bonum esse duabus fulciri* dixit.

63. Χορίου κύνα] χορίον vt Galen. definit, proprie inuolucrum seu tunica fœtus ante puerperium. Sic appellatum ait, quod χώρημα, locum nempe & spacium præstet fœtui. Pollux lib. II. duplici tunica seu inuolucro obuolui fœtum tradit: altero tenuiore ac molliore, quod ob id agninum ab Empedocle vocetur. Quod autem exterius, chorion vocari, cui vmbilicus sit fœtus connexus. Vide Anatomicos & Læuinum Lemnium de occultis Naturæ miraculis. Eras. minus

proprie,

proprie, inteſtinum χορίων dixit. Eſt & in Suida, ſed ex Theocrito, Eidyllio x. χαλεπὸν χορίω κύνα γεῦσαι.

Inteſtina canem ſemel adguſtaſſe periclum eſt.

64. χαίρει τῆς κατάρας] Probat hoc Theophraſtus, lib. VIII. de Plantis: ἴδιον δὲ καὶ ὃ λέγουσι κατὰ τοῦτο· φασὶ γὰρ δεῖν καταρᾶσθαί τε καὶ βλασφημεῖν σπείροντας εἰ μέλλει καλὸν ἔσεσθαι καὶ πολύ. *Peculiare eſt quod de eo commemorant. Aiunt enim execrationibus & maledictis opus habere, qui id ſerunt, ſi id pulcrum copioſumq́; prouenire cupiunt.* Idem de ocimo tradit Plinius, lib. 19. cap. 7. *Nihil ocimo*, ait, *fœcundius, cum maledictis ac probris ſerendum præcipiunt, vt lætius proueniat.*

65. ὁ δὲ Αἰλιανὸς] Libro XVII. Hiſt. animalium cap. XIII. Pro ὑπόσχεσις, ὑποσχέσεις Suidas.

67. ἕτεροι δὲ γελῶ] Suid. οἱ δὲ αἰσχρὰν ἄλλοι γελῶ. Addit etiam Diogenianus id à mulier cula factum, ne corporis ſui fœditatem proderet. Puto porro in vſu olim fuiſſe vt illato lumine ijs vterentur verbis, aut potius χαῖρε ἀγαθὸν φῶς, vt & in Coniectaneis Varronianis Scaliger obſeruat: quod & inter Chriſtianos poſtea obtinuit.

68. χαιρεφῶν αὐτόσχημα] Suid. hoc pacto effert: ait οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος. Quod autem hic de Socrate dicitur, Suidas apud Xenophontem eſſe ait. Vide in ἀπομνημονεύειν.

69. Χάρωνος θύρα] Iulij Pollucis verba ſunt in Onomaſtico: τοῦ δὲ νομοφυλακίου θύρα μία Χαρώνειον ἐκαλεῖτο, δι' ἧς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπῆγον. Heſychius magis aperte: Χαρώνιον, θύρα μία τοῦ νομοφυλακίου, δι' ἧς οἱ καταδίκοι τῆς ἐπὶ θανάτου ἐξήγοντο, pro ἐξήργοντο, Zenobius Diogenianus & Suidas ἐξήγονται. Χαρώνιος Zenobius habet, Χαρωνεῖος Suidas. qui & alteram refert Parœmiam ex Ariſtophanis Pluto:

ὁ δὲ χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν. *Charon Symbolum dat*, hoc eſt, morieris.

70. Χάρης ἄδων.] Hoc Prouerb. nuſquam alibi exſtare memini. Ceterum νόμον ὄρθιον Euſtathius etiam agnoſcit Iliad. λ'. ad verſ. 10. qui à noſtro & Suida citatur: Τὸ δὲ ὄρθια, εἴρηται μὲν Ἀττικῶς, ἀντὶ τὸ ὄρθιον, ὁποῖα καὶ ἄλλα τοιαῦτα προγέγραπται. ἑρμηνεύεται δὲ ἀπὸ τοῦ -- μέγα τε, δεινόν τε. τοιοῦτον γὰρ ὁ παρὰ τοῖς Μουσικοῖς Ὄρθιος νόμος, ἤγουν τρόπος ἐκεῖνος ᾠδῆς εἰς πόλεμον ἐρεθιστικός. Τὸ ὄρθια, inquit, *Attice dictum pro ὄρθιον: cuiuſmodi etiam alia id genus ante ſcripta. Interpretantur autem quid ſit, illa verba:* Μέγα τε δεινόν τε magnum, validumq́ue. *Talis enim apud Muſicos* Orthius cantus, *nempe cantionis genus quod in pugnam incitabat.* Addit deinde, Timotheo hoc cantu vtente ita Alexandrum M. fuiſſe commotum, vt ſtatim ad arma proſilierit. Terpandri eſſe inuentum, vt & Trochæi, Pollux auctor eſt. Sed de nomi ſignificat. pluribus Schottus noſter ad Procli Chreſtomathiam poëticam ab illo egregie cum

Obſeruationum humanarum libris illuſtratam, editamque. Nos ad finem properamus σὺν Θεῷ.

71. Χαρὰν πυραύστου χαίρεις] Æſchyli Tragici Senarius eſt: Δέδοικα μωρὸν κάρτα πυραύστου μόρον. quem ſic H. Iunius in Emblemate vndequinquageſimo reddidit: *Pyrauſtæ inertem pertimet necem nimis.* Quomodo & in Suida hinc eſt corrigendus. Euſtathius in Iliad. ψ. ab αὔω, quod eſt exuro, incendo, dici oſtendens adiunxit: ἐξ οὗ καὶ πυραύστης ζωΰφιον καταπετόμενον φλογὸς, καὶ οὕτως ὀλλύμενον· ὅθεν παροιμία τὸ, Πυραύστου μόρος, ἐπὶ τῶν ῥαδίως καὶ ἑκουσίως θνησκόντων ἀγεννῶς καὶ ἐξ ἀφροσύνης. *Pyrauſta animalculum circum flammam volitans, ſicque periens. Hinc Prouerbium:* Pyrauſtæ interitus: *de ijs qui facile ac ſponte, idque abiecte & imprudenter, moriuntur.* Suidas etiam de ijs qui ſunt breuioris vitæ interpretatur. In quo tamen male ſecunda dictione μορὸν pro μωρὸν excuditur. Addit Apoſtolius: ὁ γὰρ πυραύστης, ex Æliano, lib. XII. Animal. cap. 8. id deſumptum.

72. Τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι] E Suida præmittendum: οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ Θερσίτης ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπαρρησιάζετο. Deinde: Τῷ δὲ Ἀγαμ. Quæ porro de teſtudine origanum contra ſerpentis morſum adhibente refert, ex Æliano ſunt, lib. III. cap. 5. Hiſt. animal. Vide & lib. VI. cap. 12. & Plutarc. in Problemat. Phyſicis extremo, & de ſollertia animalium. Quæ vero de teſtudinis marinæ partu, ex eiuſdem Æliani ſunt lib. I. cap. 6. ſed variæ Hiſtoriæ, paucis mutatis: quem librum Æliani rariſſime Michael adhibet; de Animalibus, omnibus pæne paginis.

73. Χειμὼν ὀρνιθίας] Ariſtophan. in Acharnenſibus, Act. IV. Sce. I. Mox: Καὶ ἄνεμος, Ariſtoteles meminit lib. de Mundo ad Alexandrum: οἱ ὀρνιθίαι καλούμενοι ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι Βορέαι ἐπὶ τῷ γένει.

74. Χειρώνειον ἕλκος] Suid. latius deſcribit, quod ex crebra ſtatione conciliatum continuo humorem excernit. Euſtath. in Iliad. α΄. interpretatur ὅσα δυσαλθῆ ὄντα δέοιντ᾽ ἂν ἰατροῦ τοῦ Χείρωνος, *incurabilia, quæque Chirone indigeant medico.* Et in Iliad. δ΄. Χείρων δὲ εὑρετὴς ἰατρικῆς καὶ λυρικῆς, υἱὸς Φιλύρας καὶ Κρόνου ἐκ τῶν Κενταύρων. ἐξ οὗ Χειρώνεια ἕλκη, τὰ δυσαλθῆ· ἃ δηλαδὴ Χείρων κατέδειξε θεραπεύεσθαι. *Chiron artis medicæ & Lyricæ inuentor, Philyræ & Croni F. vnde & Chironia vlcera, quæ nimis ægrè curentur, quorumq́ue medicationem Chiron oſtendit.* Talia etiam ſunt Τηλέφεια τραύματα, *Vulnera Telephia.* Vlceres autem Chironij curationem deſcribit Cornelius Celſus libro VI.

75. Χείλεα μέν τ᾽ ἐδίην] Sic leg. ex Homeri Iliad. χ΄. verſ. 495. Non recte enim ſcriptus cod. χείλεα μέν τ᾽ ἐδίνηεν· ὑπερῷον οὐδ᾽ ἐδίνηεν. vbi ὑπερῷον quidem certe in ὑπέρον mutandum. Euſtathius quoque Prouerbij vicem adnotauit. *Tractus* inquit, ſi Latine reddam, *verſus iſte in Adagium, de ijs qui parua quædam donant, eo quod labra quidem humectentur,*

ctentur, liquor autem ad ipsum oris palatum minime peruenit. Sumitur & de ijs, qui verbis quidem promittentes oblectant, at vero id minime faciunt syncero animi affectu.

